Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

4,- 173. Bd
(LN bis 21)

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

PETRI CREISBACHII
DITHMARSI.

LIBRI DVO CHRISTIADVM.

DIVVS MATTHÆVS.

AD
ILLVSTRISSIMVM PRINCIPEM
IOHANNEM Seniorem, Ducem
Sleſuici, Holſatiæ &c.

ROSTOCHII
EXCVDEBAT IACOBVS LVCIVS
TRANSYLVANVS.
Anno M. D. LXXV.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

IN LIBROS
CHRISTIADVM M. P. CREISBACHII.
M. PAVLVS OTTERBORNIVS Pomeranus.

DVm ſuper ipſe ſua molitur laude laborem,
Cogit & innumeros diuina volumina ſacros,
Creisbachius, tota de poſteritate meretur
Egregiè, titulumq́ boni laudemq́ poëtæ
Aſſequitur, nitidiſq́ caput ſimul inſerit aſtris.
O Iuuenis ſalue longa digniſsime vita,
Salue iterum atq; iterum ſanctis cariſsime Muſis.
Perge alacris ſummum Parnaſsi ſcande Cacumē,
Atq; extende tuum iam nunc ſuper æthera nomē
En te Phœbus amat, viridi & de fronde coronam
Contexit tibi, Pierides tibi laurea plenis
Serta ferunt calathis. igitur ſi barbara forſan
Turba moleſta tibi eſt, ſanctos carpitq́ labores,
Ne moueare, illam ſed contrà audentior ito,
Non Scarabæorum voces, muſcæue venenum,
Vmbra nec inflati te vnquam remoretur aſelli.
Ille Deus, Deus ille pios ſeruare Poëtas

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Qui ſolet, & ſanctos larga mercede labores
Compenſat, Deus ille tuæ mox digna rependet
Præmia virtuti, forſan tua ſcripta nepotes
Mirabuntur, habet laudem venientibus annis
Res ea, quæ nobis non vtilis eſſe videtur.
Et contrà quæ nos iam nunc veneramur, an illa
Poſteritas laudare velit, non dixero, certè
Multa trahunt anni venientes commoda ſecum,
Multa recedentes adimunt, mutantur in horas
Omnia, nec quicquam eſt toto durabile mundo.
Vt ſyluæ folijs pronos mutantur in annos,
Prima cadunt ſic & vatum vetus interit ætas,
Et noua mox iuuenum ritu floretq́;, vigetq́;.
O iuuenis ſalue longa digniſſime vita,
Salue iterum atq; iterū magno cariſſime cœlo.
Et quia Muſa tibi tantas in carmina vires
Eloquiumq́; dedit tantum, ne pergere ceſſa,
Quam benè cœpiſti nec deſere texere telam.
Quiſquis es, & veri gaudes cognomine vatis,
Caſta canas, ſi quando canis, ſunt numina caſta,
Pierides caſtæ, caſtæ libetrides vndæ.
Eſt Helicon virgo, virgo eſt Penëia Daphne.
Virgine matre ſatus veterū quoq; ſcripta loquūtur
Caſtalides, ſacro vates Heliconis ab amne
Sint procul, obſcænas recitāt qui carmine nugas.
Eſt Deus immenſum verè qui condidit orbem,
Qui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Qui terras tractusq́; maris cœlumq́; profundum
Aeternùm regit, & ſolo mouet omnia nutu,
Hunc celebra, celebraq́; mei pulcerrima Chriſti
Numina, cœleſtesq́; domos, camposq́; beatos.
Sunt ſcelerum pœnæ, ſunt tartara nigra, lacusq́;
Sulphurei, ſunt immenſum quæ parturit æquor:
Sunt Sophiæ parteis, ſunt digna negocia verſu
Plurima, ſunt etiam Heroum fortiſſima facta:
Elige de vacuis quam non ſibi vendicet alter
Materiam, exemplumq́; tibi propone ſequendum
Creisbachij, qui dum Superas conuertit ad arces
Mentem oculosq́; etiam, ſpernit terreſtria, Diuos,
Diuorumq́; adeò diuino carmine facta
Commemorat, Dominiq́; ſimul miracula Chriſti.
Hic ille eſt Chriſtus, qui humanos venit in artus,
Contuditq́; caput ſtygij ſerpentis, & omneis
Qui vitæ melioris iter rimantur in arces
Aethereas locat, atq́; illis cœleſte propinat
Nectar, habetq́; ſacram ſanctis quã donet abundè
Ambroſiam, proprio qui nos quoq́; ſanguine iuſtos
Efficit, iratumq́; poteſt placare parentem,
Hic ille eſt Chriſtus, toties qui lumine caſſis
Reſtituit viſum, & diri contagia morbi
Abſtulit, & tumida Galilæi in littoris vnda
Sæpe ſtetit, modico longæ denſa agmina plebis
Pane cibauit, & innumeros de faucibus Orci

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Ad Superos cœliq; etiam deduxit ad arcem.
Omnibus illa bonis verè & circumfluit omni
Lætitia, nullosq; poteſt ſentire dolores.
Hic ille eſt Chriſtus, linguæ qui plectra ligatæ
Diſſoluit, ſurdas toties reſerauit & aures
Hic ille eſt Chriſtus, celſo ſublimis olympo,
Ad patris dextram maieſtatemq; verendam
Qui ſedet, & terras complexus, & æquor, et aurã,
Imperio æterno regit omnia, & aſpicit omne
Tempus, & inſiſtens ſolio vigil excubat, ipſi
Nulla quies & ſumma quies, ab origine factum
Seruat opus, curatq; pios, oditq; ſuperbos.
Hunc Chriſtũ quicunq; canit, digniſſimus ille eſt
Quẽ celebrent omneis, et cui bona multa precẽtur
Dulce quibus fuit Aonias vidiſſe ſorores.
Præmia certa igitur, iuuenis cariſſime, tandem
Exſpectabis, & hos libros nullo eximet æuo
Annorum ſeries, aut inuidioſa vetuſtas.
Sed quia tanta malas verboſa licentia linguas
Inflat, vt in vates paſſim conuicia iactent,
Pauca loqui ſuadet pietas, cauſſamq; tueri
Illorum qui caſta canunt, qui ſancta canuntq;:
Quicunq; in vates, & ſancta in carmina vatum
Tela venenatæ contorquet perfida linguæ,
Iupiter omnipotẽs adigat hũc fulmine ad vmbras
Pallentes vmbras Erebi, noctemq; profundam.

Iam

Iam tu magnanimũ princeps ſate ſanguine regũ
Dignus es æterni cui decernantur honores.
Te duce Creisbachius ſanctos Heliconis ad amnes
Progreditur, nomenq́; tuum ſuper æthera tollit
Virtutesq́; tuas, & Relligionis amorem.
Salue Heros, diuine Heros, dux maxime ſalue:
Quodq́; facis da larga libens da præmia veræ
Virtuti , atq; alios Reges imitare Ducesq́;.
Magnus Alexander diuini carmen Homeri,
Quando domi manſit, vel quando negocia belli
Tractauit, rigidisq́; adeò ſtetit acer in armis,
Suppoſuit capiti, & magno dignatus honore eſt:
Auguſtum iuuit magni quoq; Muſa Maronis,
Creisbachij ſic pulcra tui tibi carmina curæ.
Magne Heros, diuine Heros, dux maxime ſalue
Quanta roſis inter pulcros eſt gloria flores,
Inter ſidereos Phœbi ſplendoribus ignes,
In patria tibi tanta tua dux maxime laus eſt.
Magne Heros, diuine Heros, dux optime ſalue.
Viue, vale, & ſeros tangat tua fama nepotes.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

ILLVSTRISSIMO
PRINCIPI ET DOMINO,
DOMINO IOHANNI SENIORI,

Hæredi Norwegiæ, Duci Sleſwicenſi, Holſatiæ, Stormariæ, & Dithmarſiæ, Comiti in Oldenburg, & Delmenhorſt, Domino ſuo clementiſsimo.

MAgnanime Heroum princeps qui ſtemmate claro
Surgis, & inſignem grauibus virtutibus ortum
Egregiè exæquas, tua dum præconia tento,
Dum numero generoſe tuas Dux ordine laudes
Aequus ades, nec difficili mea carmina vultu
Aſpice, ſed ſolitum perſta Dux magne fauorem
Sufficere atq; animi ſtudium perpendito grati.
Vndè ſed incipiã præclara ab origine nũcquid?
Nuncquid ab eximijs virtutibus? omnis in iſtis
Succumbit labor, haud æquãt mea carmina ſtẽma
Egregium, nec ſufficiunt præconia tantis
Laudibus atq; ruit ſucciſo poplite feſſa
Pieris, & ſi cuncta velim non dicere poſſum.

Ac prius

Ac prius ætherei curſus circumuagus orbis
Annua biſſenis reuocabit menſibus aſtra,
Quam mihi magnorum laudes, & nomen auorũ
Contigerit memorare, tuas dumq́; inclyte laudes
Dux tentem, & media dũ poſſim abſoluere parte.
Hîc tua nobilitas, hîc me tua feruida virtus
Abripit, atq; equidem ſemper miranda per omnes
Vita modos, quæ nobilitas & nobile ſtemma
Nomen auis, atauisq́; potens non ſi afforet, ipſa
Inſigni ſiquidem pro nobilitate fuiſſet.
Nã quid imaginibus, quid auitis fulta triũphis
Atria? quid proaui magni, quid ſtemmatis ortus
Profuerint? ſi vita modos inhoneſta per omnes
Fortè labet, ſi degenerem ſe præſtet, in illo
Interit omnis honos gentis, nomenq́; celebre.
Nam genus, & proauos, & quæ non fecimus ipſi
Vix ea noſtra puto. quid auorum nomina iactas
Degener, & patrias virtutes inſuper addis?
Dedecus æternum præſentas crimina fœda
Nomen aui, proaui, patris & dum nobile fœdas.
Sic pius Aeneas, ſic Lariſſæus Vlyſſes
Aeternum meruere decus, ſic inclytus Hector
Amphitrioniades ſic & virtutibus heros
Pluribus inſignis ſeros cui meta labores
Finijt egregie bis ſex, poſt funera maius
Commeruere decus: ſed tu natalibus æquas.

Magnanime Heroũ Princeps ſate ſanguine Regũ
Tantum animum, virtute tuũ caput altius effers
Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi
Nobile præ reliquis tantum caput altius effers.
Quid referam? nec enim, virtutes ire per omnes
Inter natalis poſuit quas pectora Phœbus
Aut mihi conceſſum ſaltem vel dicere par eſt.
Sed mihi ſi primos impleret ſpiritus artus
Sidereus, validæ ſi vel mihi robur ineſſet
Mentis ego auderem tua facta ingentia verſu
Deſcribere haud tenui, diasq́; in pectore dotes
Condere magnum opus, at ſtridens Pandionis ales
Vt nec olorinos ſonitus, vocemq́; venuſtam
Exprimit, atq; equidem ſi vellet tempore cuncto
Hæc fruſtrata ſuis conatibus ægra ſileret.
Haud aliter mea Muſa labat Dux optime laudes
Quandocunq; tuas prima vel fronte tuetur.
Attamẽ audendũ eſt: faueas celeberrime princeps
Laudibus ipſe tuis: quid agam? quæ præmia tantæ
Debentur virtuti? omni te parte coronant
Inſignis Pietas, & rectè ſemper agendi
Ardor, at inprimis Pietas pulcherrima pectus
Vendicat egregium, mentemq́; accingit honeſtã.
Hoc vitæ integritas probat, inculpabilis omni
Tempore vita probat: Nam qua ditione tenetur
Imperium tibi, ſe Pietas extollit in auras

Et pia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Et pia ſaluifici funduntur dogmata verbi,
Dogmata ſidereum bellè monſtrantia cœlum.
Tum quoq; diuerſi vera à pietate furores
Imperio tibi perpulchrè prohibentur auito.
Non ibi præſidium ſibi quæritat impius vnquam
Arrius, atq; tuis Neſtor procul exulat oris.
Et Samoſatenus, ſimiliq́; in crimine iunctus
Pelagius, tum tu qui maſſam dicis ab alto
Aethere ſiderei humanam patris vſq; tuliſſe
Per Nympham ſobolem, pura de virgine contrà
Ore negas, pueroſq́; iubes in nomine Diui
Ignoti ſacris luſtrare ter ordine lymphis
Dire Valentine, atq; nigro ſate Dæmone, tuq́;
Eunomi, furtis, nec ab vno crimine notus
Seruete æthereo faciens conuitia Regi.
Atq; tibi ſoboles per cuncta ſimillima Paulus
Gregorius, virus latè qui primus in oras
Affineſq́; Poloniæ idem diſparſit vbiq;.
Illi abſunt procul, & regno prohibentur auito.
Vos quoq; qui varijs ambagibus abditis alto
Patre Deo genitum cœlo, qui carcere ſeptum
Fingitis æthereo Chriſtum, mortalia nunquam
Humano propiùs qui lumine luſtret, & ipſum
Arguitis falſi, cœna dum corpus abeſſe
Promiſſum verè, & promiſſum ſanguinis hauſtū
Aſſeritis ſolo rationis lumine ducti.

Aſpicite

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Aſpicite inſignem Heroa, hunc luſtrate diſerti
Expulit hic ſcelerum vos è ditione Magiſtros,
In promtu cauſſa eſt: vni plus fidere Chriſto
Mille diſertorum quàm vocibus eſſe Sophorum
Iudicat vtilius, fugito hinc fugito improba turba
Turba tribus digna antyciris & putribus ouis
Non hîc præſidium potis es nec quærere ſedes.
At tu magne Luthere ſonas in Principis aula
Magnifici puro, velut olim, maximus ore
Maximus eloquio cœleſtis dogmata Regis
In tota ditione ſonas diuine Luthere
Principis, egregiè vatum monumenta piorum
Incorrupta, velut vates cecinere ſacrati.
Sic Pietas Dux magne tibi eſt pulcherrima curæ.
Hinc pax innumeris potior ſincera triumphis
Aurea pax, hominum dos maxima, nobile donũ
Candida pax, & cunctarum pax optima rerum
Et dextrum, læuumq; latus tibi claudit apertè
Magnanime Heroũ Princeps ſate ſanguine Regũ
Veræ etenim generoſa fuit mens dedita paci
Hactenus, atq; odit non iuſti prælia Martis.
Te Duce ſanguineum ceſſat Bellona flagellum
Incutere, & diras terris offundere clades:
Te Duce facundis ceſſerunt arma togatis
Horrida: criſpanti Duce te Mars cuſpide ceſſat
Impius ad ſtygios demittere corpora fontes:

Vtq;

Vtq; minus ſemper delectant gaudia mentes,
Aſpera guſtarint prius & ni triſtia, ſicut
Læſit hyems artus boreali frigore quando
Plus iuuat aprici poſt veris amabile tempus.
Haud aliter mœſtis cum Mars furit improbus oris
Omnia proturbat, magis omnia triſtia reddit.
Quod ſacra ſiderei muteſcant dogmata verbi
Quod Superum cultus ſileant, mars impius ægit:
Vndiq; quod triſtes albeſcant oſſibus agri.
Corpora ſtrata cubent paſſim, Mars impius ægit:
Quod pariter pereant hominũq; boumq; labores,
Quodq; fame intereant multi, Mars impius ægit:
Omnia Marte dolent, turbantur et omnia Marte.
Nam fera cum dirum vibrat Bellona flagellum
Laurigeræ tunc pacis opus diſſoluitur, omnis
Lex ſilet, atq; perit Legum veneranda poteſtas.
Relligio Superum. iacet & venerabile nomen
Sub pedibus Chriſti, toto bacchantur in orbe
Errones, ſcurræ, nebulones, Alcinoiq;
Impius ingentes paſſim tunc diripit vrbes
Miles, & à reliquis excultos occupat agros,
Iuſtitia & rigido concedit ſingula Marti.
At pax innumeris potior diuina triumphis
Horrida poſt tandem, fert ſecum, prælia, multa
Gaudia, delitias multas mortalibus ægris.
Aurea pax ſalue, ſalue pax optima rerum.

Princi-

Principe ſub tali patrijs migrabis ab oris,
Haud facile, & populos & ſubdita corda beabis.
Sub te vera redit preßis ſolatio bellis.
Et toga ſe iactat ſub pace forenſibus actis.
Omnia pace vigent lætantur ſingula pace.
Tunc Superum cultus floret, viget inclyta virtus,
Iuſtitiæ cedunt almæ ſcelera impia, digni
Sunt in honore ſenes, ſtudijſq; accenſa iuuentus
Innumeris vigilat ſacris Aganippidos vndis.
Pierides varias nectunt de flore corollas,
Tunc ſegetes ſurgunt lætæ, tunc flaua caniſtris
Conditur ipſa Ceres, retinent ſua tecta coloni.
Aurea pax ſalue ſalue pax optima rerum.
Inclyte Dux ſalue, ſalueto ter optime Princeps,
Nam pia quod vigeant æterni dogmata verbi
Muneris omne tui eſt: patrijs lætentur in oris
Quodq; miniſterijs Themidis iuueneſq́; ſeneſq́;
Muneris omne tui eſt: ſub fruges horrea læti
Agricolæ modò quod reuehant, Cererẽq; recepten
Muneris omne tui eſt: tu tu celeberrime Princeps
Duxq́; paterq́; ſimul patriæ es legumq́; patronus,
Duxq́; paterq́; ſimul populi es, paciſq́; patronus.
Inclyte Dux ſalue, patriæ, populiq; benignus
Ter ſalueto parens, ſalue pater inclyte gentis
Vſq; tuæ, & patriæ ſalue laus vnica terræ.
Macte animi virtute noua Dux optime ſalue
Sub quo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Sub quo non ſceleris ſuberunt veſtigia priſci,
Aurea ſed redeunt patriæ quo ſæcula genti.
Ante graves igitur paſcentur in æthere Tauri,
Et freta deſtituent nudos in littore piſces,
Exiguum reliquos Phœbeum corpus & ignes
Inter erit prius, & germano lucida Phœbe
Sufficiet lucem, quàm te mea Muſa ſilebit,
Factaq́ quàm totus tua non mirabitur orbis
Inclyta, non patriæ cantent præconia gentes.
Tu decus omne tuis, patriæ populoq́ beato
Delectos Heroas eris tu maximus inter.
Tu pietatis amans verè es, tu pacis alumnus
Laurifera eximius pater idem iuris, & almæ
Iuſtitiæ columen, virtutibus Aeacus alter
Egregijs, longè vitæ integritate ſed illo
Maior es: at tu magne precor mea carmina Prin-
Contulit vna dies tantas in pectora dotes (ceps
Cui quondam, tecumq́ dies quas finiet vna
Aſpice nunc ſolito in Muſas, vateſq́ fauore,
Atq́ animum ſaltem tenui ſub carmine gratum,
Atq́ vtinam modo fata velint concedere, tanto
De Duce parte aliqua meritū, decus omne tuorū
Aonij tutela chori quo præſide tuti
Non vnquam vates ſeræ timuere ſenectæ,
Tu modo tu nanti ſublimem porrige dextram,
Obſcuramq́ mei tu detrahe nominis vmbram

Me lu-

Me lucem ſpectare nouam fac maxime Princeps
Ipſe animum, ſaltem non vilia carmina iacto.
Tempus erit cum te, forſan meliora canemus,
Et vires dabit ipſe fauor, bonus annue cœptis.
Non me tanta fames nec habendi tanta cupido
Impulit, hæc vili committere carmina chartæ.
Sed me laudis amor, ſed me tua viuida virtus
Excitat, vſq; tuis virtutibus omne per æuum
Carminibus certare iuuat, ſublimior ibo
Si famæ mihi pandis iter, ſiq; obuia pellis.
Annue tu ſaltem, & noſtris ſubſcribito votis.
Poſſumus ipſi etiam ſeræ committere famæ
Nomina, teq; adeò veniens mirabitur ætas,
Si modò quod ſpero iuuenilibus annuis auſis
Inclyte Dux, patriæ pater, & mitiſsime princeps.

Illuſtriſs:

Cels. T.

ſubiectiſs.

Petrus Creisbachius
Dithmarſus.

LIBER

LIBER PRIMVS CHRISTIADVM.

GEſta, Deumq́; cano cæli qui primus ab oris
Venit in inmenſum Superis mandantibus orbem,
Vitaleſq́; auras caſta de virginis aluo
Hauſit, vt inmanem victricibus vltor auernū
Deſtrueret bellis, claroq́; inferret olympo
Inmerſos tenebris, & læuo numine vinctos,
Promiſſaſq́; daret iam prima ab origine ſedes,
Et cæli hæredes faceret Ciueſq́; beatos.
Aura veni omnipotēs ſummo dilabere cælo,
Et mihi diuinos afflato pectoris hauſtus,
Atq́; meos (tu nanq́; potes) ſic dirige greſſus,
Dirige ſic animi ſenſus, ſic pectoris æſtus
Accende, vt ſuperis, patri, gnatoq́; tibiq́;
Cedat honos inde, ac maneat laus plurima Di-
Et tu cui meritis oritur fiducia chartis (uos.
Iohannes venerande meis allabere cæptis
Inclyte Dux, tibi nanq́; canit non pagina bellū
Sparſa Gigantæo maduit quo ſanguine tellus,
Non centaureos Lapithas producit ad arma,
Hectoreas non hæc pugnas, non corpus Achillis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Aſſuetum memorat marti, non pectus Adonis
Accenſum facibus, ſæuoq; cupidinis æſtu,
Non infelices recitat Didonis amores,
Exili ſed ſacra magis pede carmina gaudet
Pieris, Aonidum Phœbo duce, & auſpice Phœbo
Ludere, quæ ſolito Dux aſpice magne fauore,
Hoc tibi ne mentem præſagia plurima fallunt,
Et decus, & multam ventura in ſecula laudem.
Adferet, & magnum decorabit fama Patronum.
Sic tibi perpetuum lucis manſura per æuum
Gloria, ſic virtus operoſo in pectore certet,
Cœptaq; fortunent ſuperi tua, ſic tibi ſoſpes
Debita felices numeretur vita per annos
Grata bonis lucens, ſed nos ad cœpta feramur.
caput 1 Muſa mihi prima pandas ab origine ſtemma,
Quo Patris æterni ſoboles genitricis ab ortu
Mortalem induerit maſſam, mortaliaq; ora
Geſſerit effigie ſub ſacra, & numine vero,
Et ſeriem mihi primorum refer ordine patrum;
Magnum opus ingreſſu, ſed clarū numina ſi quē
Sancta iuuant, & opē, vireſq; ſecundat Apollo,
Edidit Abramus Iſaaca ſed ille Iacobum
Progenuit, patre Iocobo deſcendit Iudas,
Et quicunq; illi fraterno ſanguine iuncti,
Pharetz, atq; Zamar peperit pia Thamar Iudæ,

Hinc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Hinc Phares, Heſron genuit, Kā naſcitur Heſron
Kam poſt Aminadab dulcem generauit alumnū,
Aminadab genuit fæcunda è ſtirpe Nahaſſon,
Protulit hic Salmon, Salmon de coniuge Rahab
Naſcitur inde Boas, hinc de Ruth prodidit Obet
Aſt Obet ſobolem dulcem relliquit Ieſſe,
Hic genuit regem ſanctumq́ʒ piumq́ʒ Dauidem
Rex contra Vriæ Solomon de coniuge gnatum
Edidit, hic Roboam, Roboam generauit Abiam,
Hic Aſam genuit, cui Ioſophat optima proles.
Succedit, ſed eo Ioram patre natus alumnus,
At Ioram contra magnum generauit Oſiam,
Edidit hic Iotham, ſed Iothæ naſcitur Achas,
Aſt hic Ezechiam genuit qui deinde Manaſſen,
Ipſe Manaſſe Amon, Ioſiam aſt edidit Amon
Ioſias poſt Iechoniam, fratreſq́ʒ ſub ipſo
Tempore progenuit, Babilon cum carcere triſti
Frenaret proceres pariter, gentemq́ʒ Iehudæ,
Cum ſed Idumæi, vinclis pœniſq́ʒ ſoluti,
Iechonia cœpit mox patre Sealthiel auras
Carpere vitales, qui poſt generauit Abiud,
Naſcitur Eliakim contra illi, protulit Aſor
Hic contra, aſt Aſor Zadoch, hic edidit Achin
Achin poſt Eliud genuit, qui deinde Eleazar,
Edidit hic Mathan, quo naſcitur inde Iacobus,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Ipſe Iacobus Ioſephum generauit alumnum
Connubio iunctum Mariæ, proprioq; dicatum,
Naſcitur hac Chriſtus ſanctum cui nomen Ieſus.
Ergo agè ſi quiſquã iam fors ab origine prima
Arboris ad ramos primæ deſcenderit imos,
Bis ſeptem à primo ramos numerabit Abramo,
Tempora Dauidi quæ ſunt confinia Regi:
Atq; itidem numero ſubducto temporis omni,
Oſtendent totidem babilonica vincula ramos
Vsq; à Rege Dauid, tandem poſt vincula rurſũ
Faſtorum ſeries numerum monſtrabit eundem,
Dum ſeſe optatum tempus ſuperingerit, ipſa
Virgine quo ſoboles ſanctiſsima naſcitur alma.
O miranda Dei nimium miracula ſummi,
Conſilium ò nimium triplicis ſublime ſenatus
Facta ſtupenda Dei, & nullis reticenda diebus.
Mirando, quid enim taceam? tu naſceris ortu,
Lux æterna poli, patris indubitata propago
Aeterei, & numen verè omnipotentis olympi,
Nam tu ſponte tua mortales induis artus
Vt tua nos diro à letho mors vindicet omnes,
Scilicet auricoma Rex maxime ſcandis ab aula,
Perpetuo ſtygijs quo debita corpora lymphis,
Ad cœlum reuehas, & dones mitis olympo.
Hic paribus paulatim alis te perfer in auras

Muſa decus Phœbi, & cœli pulcherrima nym-
Effer age, & prima repetas ab origine clarū (pha
Inſignemq́ ortum, cœli quo fulgida ſtella
Exorta eſt domui, longè ter nobile ſidus,
Gaudia, ſpes, columen, lux, atq; corona Iacobi.
Inter Idumæas longè pulcherrima Nymphas
Cui pietas humili ſemper ſub corde ſedebat
Maria erat. claro quondam de ſtemmate Regis
Pſalmographi prognata quidem, Ieſſæia virgo
Nobilior virtute tamen, pietate. fideq́;
In ſuperos omni fixam quam tempore caſto
Pectore ſeruabat, nec mentem auerſa tenebat
Aethere, nec dubias ſtatuebat pectore voces,
Aduēturum (equidē ſic prodere carmina vatū)
Aeterei verè tandem genitoris alumnum,
Diruta qui rurſum erigeret, quiq; orſa ſyniſtrè
Redderet in melius, quiq; aurea ſecula, quondā
Qualiaq; vt perhibent primo ſub rege fuerunt,
Inferret rurſum, & patrijs virtutibus orbem
Pacatum regeret, toto tunc ferrea primum
AEtas deſineret mundo, tunc aurea paßim
Surgeret è contra gens, fortunata laborum,
Cum noua progenies cœlo deſcenderet alto.
Tunc quoq; ſi qua forent ſceleris veſtigia noſtri
Irrita, perpetua totas formidine terras
Hoc Duce ter fauſtis tandem contingeret auſis

Soluere, tunc cœli rurſum ſplendeſceret aula,
Et propius nobis dius properaret olympus.
Talia ſollicito verſabat pectore ſecum
Ingens æthereas ſeu Sol penetraret in arces,
Occuleret madidum vel cum caput aureus vndis
Phœbus, vel medias verſaret lampade terras,
Hac ſpe pulcra ſuos virgo eſt ſolata labores,
Hac ſpe pauperiē Nympha, & res ſuſtulit arctas,
Perpetua cupiens, triplicis niſi ſcita Senatus
Connubio iungi ſtabili, caſtoq́ dicari
Fas Nympham fore duxiſſent, id voluere fata.
Virginitate frui, caſto inuigilabat amori.
  Iam promiſſa aderat felicis temporis ætas,
Qua noua progenies cœlo deſcenderet alto.
Ergo tibi legitur virgo pulcherrima ſponſus
Caſtus Ioſephus, claro de ſtemmate Regum
Natus, & à celebri Dauidis ſtirpe profectus,
In ſenium Vergens, nulli pietate ſecundus
Vir, ſua cui lucrum nunc ars effecerat omne,
Vsq; adeo regale decus ſors luſerat atra.
  Iamq; pio Sponſo caſtiſsima virgo dicatur,
Connubio vt ſtabili multos feliciter annos
Exigerent. facerentq́ ſuo de nomine prolem,
Non ita Dÿs ſuperis viſum eſt, nec ſcita Senatus
Talia ſunt triplicis: caſto iam pondus in aluo
Creuerat,

Creuerat, implicitus plenis ſanctiſsimus infans
Hæſit viſceribus, nec adhuc tibi ſancte Ioſophe
Flos libatus erat Nymphæ, neq; cognita iuſto
Virgo thoro, mordent acres præcordia curæ
Id tua, ſed vera diues pietate Ioſephus,
Virginis haud voluit ſic viſum prodere crimen.
Aſt aliud triſti ſecum ſub pectore verſans,
Vincula connubij pronunciat irrita ſecum,
Atq; pia voluit rurſum diuertere nympha.
Iámq; vbi grata quies paulatim irrepſerat artus,
Triſtis Ioſephi curas referebat eaſdem
Somnus, & inmites mordebant pectora curæ,
Vt ſubito nitido puer actus ab æthere præpes
Aſtitit ante torum, Superum mandata recenſens
Talibus atq; alijs ſoluebat vocibus ora:
O Vere de ſtirpe Dauid prognate Ioſephe.
Non graue ſit Nymphæ tibi te ſociare pudicæ,
Corde metus cedat, tumq; irrita cura faceſſat,
Quicquid enim caſto ſub Nymphæ clauditur aluo
Flamine de ſacro introijt per viſcera ſancta,
Virgo Deum pulchra faciet pia prole parentem.
Cuius vbi ſacro fuerint de more peracta
Feſta, tibi curæ ſit dicere nomen Ieſus
Illius, ille ſuam fœdo de crimine gentem
Eximet, & pulchro contra donabit olympo.

Omnia ſic fieri fas eſt, quo carmina vatum
Veridico conſtent fine: en caſtiſſima virgo
Viſcere concipiet de cœlo nobile pondus,
Et ſobolem partu vitales edet in auras,
Illius Emanuel, nomen vocitabitur hoc eſt
Nobiſcum Deus eſt, ſunt & commertia cœli.
Mœſtus Ioſephus ſtratis iam manè relictis
Exequitur Superum mandata, & iuſſa capeſſit,
Vxorem recipit, ſed caſto parcit honori
Virginis, & caſtæ non vnquam gaudia carpſit
Cypridis, vnigenam pareret dum nympha puellū,
Impoſuit ſacrum iuſſus cui nomen Ieſus.
Caput 2 Iamq; vbi vitales ſanctus puer hauſerat auras
Vrbe palæſtina Betlem, cum ſceptra Iehudæ
Externa de gente ſatus tranſlata ſuperbè
Faſtibus auſonijs Herodes flecteret, Eccè
Venit ab Eoo ſapientum turba virorum,
Et Solymam paribus properauit greſſibus vrbem,
Nec mora, ſoluerunt his vocibus ora diſerti:
Pandite vos proceres quibus alma ſcientia vatū
Cognita, vos Solymæ ſenio ſuperatis, & vſu
Qui reliquos, agite En regem monſtrate ſacratū.
Ortus Idumæis nouus eſt qui nuper in oris,
Eius in Eoo fulgentem vidimus ignem,
Venimus ergo nouum flexo quo poplite Regem

Oremus, iuſtoq́; vnà veneremur honore.
Talibus acceptis curarum carpitur æſtu
Rex ſubito ingenti, monſtris vrbs plena tremiſcit.
Nec mora Rex omnes, quibus alma ſcientia vatū
Cognita erat, vel qui ſapientum laude vigebant
Magno equidem accerſit ſtudio, curaq́; recenti,
Impiger inquirit, multoq́; indagine perſtat.
Quo nam forte loco canerent ſacra carmina vatū
Vitales Chriſtum carpturum luminis auras.
Illi omnes eadem perſtant, eademq́; frequentant,
Vrbe palæſtina Betlem, ſic prodere vatum
Carmina: Tu Betlem nequaquam exilis habenda
Inter Idumæos proceres, gentemq́; Iehudæ,
Tu mihi nanq; Ducem referes inſignibus auſis,
Qui patria virtute meam reget inclytus vrbem,
Iſacidaſq́; ſua populos virtute beabit.
Ilicet Herodes ſapientes aduocat, acri
Hinc ſtudio indagat, quo tempore nobile cælum
Indueritſignum, & fulgentem ſidere ſtellam.
Inde iubet Betlem volucri contendere curſu,
Atq; ait, En celerate viam, ſtudioq́; fideli
Inueſtigetis puerum, quando obuius infans
Forte datus fuerit vobis, mihi dicta referte,
Vt ſimili puerum ratione accinctus adorem.
Finierat latius poſtquam ſua dicta Tyrannus,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Mox iter vrgebant Arabes,en fulgida cœlo
Atq; iterum iam ſtella micat, quæ viſa ſub ortu
Phœbæo,tam ſeq́; ducem lux aurea ſignat,
Prægrediturq́; locum donec peruenit ad ipſum
Hic vbi delituit puer aureus , optimus infans,
Ignis vbi radios viſus diſparſit honeſtos,
Vna omnes alacri replentes viſcera plauſu
Succedunt foribus , limenq́; , ædeſq́; ſubintrant.
Nec mora ſancte puer cū matre videre pudica
Quem pia turba piè ſubito venerata ſupremum
Mitis adorabat ſufflexo poplite Regem,
Promebatq́; nouo pulcherrima munera Regi
Quale tagus rutilo fluuio vehit aureus aurum,
Panchæiq́; ſimul bene olentia munera Thuris.
Præterea donum lachrymatæ nobile mirrhæ,
Donabat puero ſapientum turba decoro.
Iam ſua contulerant Sapientes munera Chriſto,
Cum Deus omnipotens curis, ſomnoq́; ſepultos
Admonet, Auſonium declinent deinde Tyrannū,
Et nec idem relegant iter, & quo tramite ducti
Ante, minus cupiant hoc ipſo carpere greſſus,
Illi iter ingreſſi, loca per mage tuta vagantes
Ad patrium venere ſolum, terraſq́; beatas.
Vix Arabes è conſpectu venere puelli,
Aligera de gente puer cum fulgidus alis

Aſti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Aſtitit in nitidis danti ſua lumina ſomno
Ioſepho, ſimul hæc retulit, dormiſne puelli
Aeterei cuſtos? ſegnem quin excute ſomnum,
Surge age, & infantem cum caſta collige matre
Et fuge, vbi ſeptem extendit ſua brachia Nilus,
Nec diſcede loco prius hoc, quam ſacra Tonantis
Iuſſa tibi referam, magna nam concitus ira
Vndiq; Idumæis Herodes quæret in oris
Infantem, vt triſti poſſit dimittere letho.
    Dixerat. at ſenior puerum, matremq; pudicã
Humida falcato fulſit cum lumine Phœbe,
Suſcipit, ac Aegyptiacas contendit ad oras,
Atq; ibi, dum Parcæ ruperunt ſtamina Regi,
Cum puero, & genitrice pia remoratur, idipſum
Prouida ſic etenim cecinerunt pectora vatum,
Ipſe meum è Nilo reuocaui rurſus alumnum.
    Rex vbi ſe luſum videt à ſapientibus eſſe,
Ilicet vrgetur ſtimulis haud mollibus iræ,
Ceu Leo cum ſæuo balearis verbere fundæ
Saucius ad rictus acuit ſæuiſſimus ora,
Obuius & cunctos populatur, ſternit vbiq;
Corpora capta virum, dolet vllũ impune vagari,
Haud aliter latius furijs inmitibus actus
Præſes, inexhauſto ſæuit ſæpe vſq; furrore,
Ereptum dolet infantem de faucibus atris

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Iam ſibi, nec requies, mora nec datur vlla furori,
Ergo ferox teneros infantes ſæuit in ipſos,
Nec requieuit enim donec duce Dæmone nigro
Dira ſatellitia Betlem tranſmiſit ad vrbem,
Hic animus meminiſſe horret, luctuq́ꝫ refugit,
Quid memorem infandas cædes, quid facta Ty-
Effera? Dij capiti illius, generiq́ꝫ reſeruent. (ranni
Proh dolor ò lachrimæ quæ non ibi viſcera mucro
Hauſit, & infantum maduit non ſanguine cuſpis,
Quin etiam miſeros quibus heu mutauerat æſtas
Bis vix exiguum tempus ſua fata vocabant,
Infantes, pueri, vitæq́ꝫ in limine cæſi
Labuntur, matrumq́ꝫ ſinus heu cæde reſpargunt.
Atqꝫ vtinam Betlem tibi non vicina fuiſſent
Oppida, non etiam tot caſſæ pignore matres
Lugerent miſerè, quibus eſt nunc omnis adempta
Spes charæ ſobolis, perijt ſtirps maſcula & vnà.
O verè crudele pecus cacademone natum,
Quid pueri potuere, quibus vix alter ab vno
Annus in exiguo numeratur limine vitæ?
Carmina tunc magni Ieremiæ impleta fuere,
Veridicus cecinit quondam qui talia vates:
Planctus& ò nimiū lachrimabile carmen in altis
Montibus auditū eſt, fremuerunt cuncta vlulatu
Fœmineo, triſtis fleuit ſua pignora Rachel.

Acribus

Acribus & nunquam curis ſolatia blanda
Miſcuit, heu orbata ſua mœſtiſsima prole.
Aſt vbi iam triplices ſecuerunt fila Sorores
Herodi, nitidis rurſum puer aſtitit alis
Ioſepho grauibus curis, ſomnoq́; cubanti,
Quem bonus alloquio, & verbis dignatus amicis
Surge agè, rũpe morã, puerum & cũ matre pudica
Suſcipe ait, dubites nil iuſſa capeſſere Diuum,
Inde palæſtinam volucri pete tramite terram,
Suſtulit atra dies puero qui dira minati:
Protinus infantem ſenior cum matre decora
Colligit, & patrias religit pede lætior oras.
Hauſit vbi patrios faſces, ſceptrumq́; tenere
Inter Idumæos populos ſimul Archelaum,
Territus ille metu procul illic ſubſtitit acri,
Admonitus Superum iuſsis per ſomnia, terram
Piſcoſæ ingreditur Galilææ, protinus vrbem
Hic Nazarã habitat, ſacrorum vt carmina vatũ
Prædixere Ieſu de nomine Nazaræo.
Tempus ad hoc ipſum vates clariſsimus orbi Caput 3
Mittitur Elias dîa virtute ſecundus
Iohannes Baptiſta, Dei præconia ſummi
Vociferans in deſertis, & guttura ſoluens
Talibus; En nunc ipſa dies, nunc attulit vltrò
Regna beata poli, & cœli donauit alumnum;

Ergo

Ergo agite, & fœdum tandem dediſcite crimen
Et vitæ rimamini iter melioris, & alta
Mente Dei ſacras ſine fine reuoluite leges,
Hic eſt ille Dei præco quem carmine vates
Venturum Ieſaias prædixit in orbem.
Vox in deſertis clamantis, & alta ſonantis
Perſonat, En Domino montes detrudite, valles
Explete, & ſtudijs pulchrum deducite callem.
    Veſtibus at vates magnus circundatus ibat
Conſutis hirti ſiquidem de pelle Cameli.
At taurina ſacro fulſerunt balthea tergo,
Garrula ſylueſtri vati cum melle cicada
Eſca fuit: Proceres Solymæ ſed tramite recto
Tendebant ad eum, plebs omnis ouantibus ibat
Mentibus, arſerunt ſtudijs Heroa videndi
Vnanimes, merito cunctos vt dicere poſſes
In ſola populos, fora, mœnia, tectaq; eremo
Delegiſſe locum, atq; vno conſiſtere luco
Hunc omnis Iudæa vnà, & confinia Iudæ
Oppida, & irrigui populi Iordanis adibant.
Nec mora, luſtrati ſacris Iordanis in vndis,
Conmiſſum doluere nefas, crimenq; patratum.
    Iamq; Phariſæi magna ſtipante caterua,
Et iuxta Sadducæi longo ordine iuncti
Ibant, & magnum properabant cernere vatem.

Quos vbi coniunctos vidit Baptiſta, profatur
Talibus. et ô ſtygij verè de ſtirpe Draconis
Prognati, quibus indicijs didiciſtis vt iram
Accenſam Superũ, & vobis iã damna propinqua
Poſſetis fugere, atq; ingens vitare periclum.
Quin potius verè ex animo commiſſa piate
Crimina, nec talis ſubeat ſententia mentes:
Nil deſperandũ Abramo patre, et auſpice Abramo,
Vera loquor, nec enim mea vos ſententia fallet,
Cernitis, ex ſaxis, Deus, iſtis ſemen Abramo
Sufficere, & multam potis eſt ſupponere prolem.
Arboris appoſitas iam nunc premit acta ſecuris
Radices, quæcunq; igitur non arbor honeſtos
Ediderit fructus radicitus euelletur,
Et ſubito in rutilum motu iactabitur ignem.
Ipſe ego vos ſacris ſolummodo luſtro ſub vndis,
Quo vos pænitcat conmiſſi criminis vltrò,
Ille ſequuturus qui pòſt mea munia, certè
Dignior, et longe eſt me maior, maximus ille eſt,
Vnus qui nobis moriendo reſtituet rem,
Cuius ego minime dignor me ſoluere, ſanctis
De plantis ſoleas, hic hic mox æthere ab alto
Flamine vos ſacro, & dio luſtrabit in igni.
Triticiæ hic meſſi paleas diſiunget inanes
Ventilabro, et Cererem ſua ſub vehet horrea purã.

Atq;

Atq; leues flammis paleas crepitantibus vret.
Interea egregius Galilææ venit [illegible]a oris
Heros magnanimi natus de ſtirpe Leonis,
Contulit irriguas ſeſe & Iordanis ad vndas
Sollicitans ſacrum mox de baptiſmate vatem.
Obſtat Iohannes, & me baptiſmate fatur,
A te fas foret aſpergi quid deniq;, quid me
Vt ſacris mergam te lymphis maximus vrges?
Egregius contra aſt heros ſic voce ſequutus:
Quin ſine, difficilis nec votis hactenus obſta,
Omnia nos implere decet ſacra carmina vatum.
Dixerat: at vates, Heroa aſperſit in vndis.
Iamq; vbi luſtratus fuerat baptiſmate Chriſtus
Ilicet irriguis vertit Iordanis ab vndis,
Ecce ibi non vllo auditum, neq; tempore viſum
Oſtentant reſerata almi ſeſe atria cœli,
Maxima congeries media diſſoluitur æthra,
Cernit Iohannes reſerato flamen olympo
Scandere ſub ſpecie generoſæ deinde columbæ,
Quæ ſuper Heroa auricomis conſedit in alis.
Ecce aliud mage mirandum, vox detonat alto
Aethere cœleſtis, meus eſt hic dulcis alumnus,
In quo ſola mihi ſoli mea ſumma voluptas
Conſtat, & aëriæ requies placidiſsima vitæ.
Caput 4 *Vix ea: cum ſacrum per flamen ducitur hero*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Ad loca ſola, nigri fœdos quo Dæmonis ictus
Diſceret, vtq; quater decies vno ordine ſoles,
Et flauæ totidem Cereris ſine munere noctes
Exegiſſet, amor demum illum inuaſit edendi.
Senſit at hoc Erebi, furiarumq; ipſe Tyrannus,
Aduolat, & fœdis ſua dictis ora reſoluit:
Si tu patre Deo ſatus es, hæc effice ſaxa
Mutari in Cererem; contra cui talia Chriſtus:
Prodita ſacrorum recludunt carmina vatum,
Non hominem victu ſaltem, ſed ab ætheris alti
Dogmate vitales haurire, & carpere luces.
Ergo iterum ſanctam cocyti vexit ad vrbem
Rex Heroa pium, ſuper alta cacumina fani
Conſtituens: age ſi claro prognatus olympo es
Pronus (ait) ſummi deſcendito culmina templi,
Sic vates cecinere: dabit mandata miniſtris
Aligeris, & te manibus per inane leuabunt,
Ne qua ſaxa tuis forſan ſint noxia plantis:
Chriſtus ad hæc: vates itidem cecinere ſacrati:
Quiſquis es æternum nolito laceſſere regem.
Hinc locat aerij ſuper alta cacumina montis
Patre Deo genitum, cui celſa palatia mundi,
Quicquid & inmenſus per ſeſe circuit orbis
Præſentans te cuncta, refert, hæc regna manebũt,
Teq; adeo mundi faciam terræq; potentem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Poplite ſi flexo numen venerabere noſtrum.
Non tulit vlterius cocyti ſcommata regis
Chriſtus, at his iubeo nunc te citus aufer ab oris
Inquit, nanq; Deum votis venerabere ſolum.
Dixerat; at leuibus par ventis auolat ille,
Aligeræq; Deo incipiunt ſeruire cohortes.
Audierat Chriſtus, nec enim iã incerta per orbẽ
Fama vagabatur Iohannem carcere clauſum
Vincula dura pati, curarum id carpitur æſtu
Patre Deo genitus, Galilææ & tendit ad oras,
Paruaq; Nazaræ relliquit mœnia, & vrbem
Incoluit Capernaum, vbi mare circuit vrbem.
Parte ſub aduerſa Zabulon ſed condita ſurgit,
Nepthalim vbi iacet, vt referũt pia carmina va-
Veridici; paſsim Zabulon quã circuit vnda, (tis
Nepthalim et vndiſonis mare fluctibus alluit vr-
Hic vbi, & æterni contemtrix terra parentis, (bẽ
Atq; incerta Dei Galilæa, & lumine capta
Cæleſti gens, vnà omnes videre ſalubre
Lumen, et in tenebris verſantibus ingruit ignis,
Vos quoq; ſediſtis qui triſti in limine mortis
Nobile vidiſtis lumen, lucemq; beatam.
Semper ab hoc docuit ſupremi tempore patris
Dogmata magnanimus patrÿs virtutibus heros.
Criminis oſtendit dehinc eſſe piacula fœdi,

Commiſ-

Commiſſum doluiſſe nefas, & fidere patris
Vnigenæ gnato, & cælum ſperare propinquum.
Ibat fluctiſonas Galilææ Chriſtus ad oras,
Vidit vbi ſocios fraterno ſanguine iunctos,
Petrumq́;, Andreamq́; vnà fallacia genti
Retia fluctiuomæ tendentes, munus id ipſis
Incubuit, pater his nil præter liquerat vndas.
Quos ita compellat: linoſa relinquite fratres
Retia, tum parili mecum veſtigia greſſu
Figite, nanq; homines poſt hac captabitis hamis
Me duce: confeſtim Herois mandata capeſſunt,
Retia rellinquunt, eadem & veſtigia carpunt.
Flexerat vt lento paulatim à litiore greſſu
Repperit ipſe duos iterum per cærula fratres
Nempe Zebedæi gnatos Ianumq́;, Iacobumq́;,
Illis iam ſarcire quidem ſua retia curæ
Munus erat, quos æterea cum voce vocauit,
Cum Sene, cum parua liquerunt retia cymba,
Aequarunt paribus Chriſtumq́; & paſſibus ambo.
Nec ſatis hoc, Chriſtum iuuat omnẽ viſere terrã,
Aruaq́; metiri Galilææ plurima terræ,
Hîc pia diſſeruit ſupremi dogmata patris,
Atq; iter ad celſum, docuit, quod tendat olympũ,
Hinc medicas adhibet non vt podalirius artes,
Non ſacer vt Phæbus, non vt tu docte Machaon,

Ille leuat morbos ſolo ſpiramine verbi,
Ille nec indoctus medicas diuertit ad artes
Quotquot erant, quorũ populati membra dolores
Carnifices, illos in priſtina reddidit omnes:
Quotquot erant quorũ ſqualebant corpora letho
Reſtituit vitæ, & vires ſuffecit amicas.
Ergò fama volat medici per inane ſupremi,
Cunctaq; finitimæ Galilææ littora replet.
Multi ergò erecti per ſpem ſua damna leuabant
Auſpicijs lætis, animis & ouantibus ibant.
Scilicet huc paßim ad medicũ concurritur vnũ.
Iamq; adeò innumeri mortales corpora morbis
Vexati ſtabant, & humi pars magna ſedebat.
Hunc ſtygius Dæmon ſtimulis agitabat amaris,
Vaſtaq; torquebat miſerandis rictibus ora:
Incutis hic morbo, craſſoq; & ventre tumebat.
Ille ſed aduerſa pulſabat littora fronte.
Cunctos ille viros, cunctas iuuat ille puellas,
Ille ſenes, & decrepitos ſperare ſalutem
Iußit, & optatum mox præſtitit inde vigorem.
Aduolat huc igitur de cunctis vrbibus ingens
Turba virūm ſtudijs Heroa excita videndi.
Illic cernere erat Galilæia bis oppida quinq;,
Hic Solymam, nec Idumæiæ telluris aceruos
Exiguos, nec non vel queîs Iordanis ad vndas

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Felices habitare vrbes, felicia regna
Contigerant, luſtrare oculis data copia, Chriſtus
Sic pius inceſſit Galilæo à littore flectens.
Vndiq; cum crebras heros properare cateruas Caput 4
Cerneret, & magnas cumulari à plebe cohortes,
Accliuem ſubito in montem defertur, & illic
Conſidet ille ſuper viui ſedilia ſaxi.
Turba ſed huc, illuc pendebat ab ore docentis
Plurima, quã Chriſtus data fandi vbi copia, ver-
Inſtruit: ò nimium bis terq; quaterq; beati, (bis
Aetherea qui pauperie, curiſq; laborant,
Cœlica nanq; illos æternùm regna manebunt:
Felices nimiũ quibus hoc niſi planctus in æuo eſt,
His etenim placidè verſis rurſum aſpera fatis
In melius recident, & erunt niſi gaudia plena:
Felices humili, & deiecto corde ſedentes,
Quos minimè miſeros ventoſa ſuperbia vexat,
Hi telluris opes, hi magna palatia terræ,
Perpetua verè poſt hic ditione tenebunt:
Felices nimium quos hic ſitis vſſerit almæ
Iuſtitiæ, quia percipient de diuite cornu:
Felices inopum caſus, ſortemq; miſerti
Nam pia ſidereo ſpectabunt præmia cœlo:
Felices animis caſtis, & pectore puro,
Illi etenim alloquio Diuum, intuituq; fruentur:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Felices qui laurigeræ pia munera pacis
Sectantur, quia erunt cœleſtis pignora patris:
Felices Themidis qui cum ſacra munera tractent
A reprobis patria procul expelluntur auita,
Illos nanq; manent rutili capitolia cœli:
Vos quoq; felices, & ab omni parte beati,
Improba quando in vos iaciet conuitia mundus
Improbus, & vobis mendaci gutture fœda
Obÿciet ſcelera, & delicti millè figuras
Proferet, id mea quod ſitis modo iuſſa profeßi.
Pectore quin alacri cœlum ſperate beatum,
Gaudia concipite, aſtrifera referetis in aula
Præmia: ſic vates mulctarunt morte priores.
Atq; equidem terræ vos ſal exiſtitis, at ſi
Putridus hic fuerit nullos referetur in vſus,
Aſt hominum teritur plantis, & vilis habetur,
Nobilius mundi lumen fulgetis, in altis
Montibus haud facilè eripiunt ſe viſibus vrbes,
Nec lux ſub modio tranſuerſo conditur ardens,
Ipſa loco potius celſo ſuppoſta per ædes
Dat lucem, & nitido veſtit loca lumine cuncta.
ſplendeat haud aliter rutilantis lampadis inſtar
Lux veſtra, vt radios totum diuibret in orbem.
Mortaleſq; ferant opus hoc ſuper æthera cœli,
Grataq; cœleſti dicant præconia patri.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Non ſubeat talis veſtras ſententia mentes,
Me veniſſe ſacras leges, & carmina vatum
Vt modo deſtruerem, potius legatus in orbem
Non vt deſtruerem veni, ſed cuncta replerem,
Indubitata loquor, totius machina cœli,
Quiq; fuit prius in nihilum mutabitur orbis
Quam minimus diſcedat apex de lege Tonantis,
Quam prius ad finē ſint omnia ducta propinquū.
Quiſquis in his igitur punctū diſſoluerit vnū
Et ſic imbuerit mortalia pectora dictis,
Aſtrigera minimus cœli referetur in aula.
Quiſquis at econtrà mandata capeſſerit vltrò
Omnia, in æthereo magnus reputabitur axe.
Vera loquor, nec enim ſcandetis culmina cœli,
Veſtra niſi potior phariſaica vicerit acta
Iuſtitia, atq; alio fuerit fundamine fulta.
Hauſiſtis, (ſic fixit enim vis magna Tonantis)
Non hominem triſti mulctabis funere, contrà
Quiſquis erit cuius mortali cæde tepebit
Mucro, iudicio ſiſtatur, & acre viciſſim
Supplicium expectet vinclis circundatus arctis.
Ipſe ego nunc alias leges, noua iuſſaq; condo,
Quiſquis erit cum fratre ſuo qui ſemina litis
Fouerit, hic ſubito ſiſtatur iudice coram.
Aſpera qui in fratrem conuitia fuderit, illum

Et turpi

Et turpi penitus vitiabit nomine Racha
Conſilij reus eſt, ſed quiſquis dixerit illum
Nomina ſtultitiæ fœda atq; inhoneſta ſubire,
Dignus hic eſt flammis ſemper crepitantibus vri.
Id pia thuricremis ſi quando altaria donis,
Muneribusq́; ſacris, multo & dotabis honore.
Hic tibi ſi ſubeat contentio mutua mentem,
Ante ſacrum depone focum tua munera, teq́;
Concilies fratri prius, hinc imponito Diuis
Munera, quæcunq; in tales libaueris vſus.
Non inimicitiæ graue ſit tibi tollere crimen,
Nec tibi difficili frater foueatur amore,
Neu paci, cupido pacis neu quæſo repugnes,
Ne te fortè idem poſt Iudicis ante tremendi
Ora ferat, ſtygijs qui te poſt iure Tyrannis
Tradat & horribili claudaris carceris antro.
O nimium miſerande hoſtis non carcere ab illo
Rurſus in æternum patet exitus, ipſe priuſquam
Omnia dinumeres, nunquam ſoluendaq́; ſoluas.
Patribus audiſtis latas antiquitus eſſe
Scilicet has leges, & iuſſa veterrima veſtris.
Ne tua in alterius figas veſtigia fulcro,
Nulliuſue thorum ſcelerato crimine fœdes,
Illa ego ſed contra ſi quis laſciuus ocellis
Alterius nuptam cupidis luſtrauerit, ille
Legitimi ſub corde thori temerauit honorem,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Alterutrum peperit tibi ſi fors noxia lumen,
Erue, nanq; vno priuatum lumine præſtat,
Corpore quàm toto ſtygiam tranare paludem.
Noxia ſi manuum fuerit tibi dextra tuarum
Enſe reſcindenda eſt, ne pars ſincera trahatur.
Nam membro caruiſſe vno præſtabit, ad vndas
Quam phlegetontæas detrudi corpore tuto.
Patribus & quondã fuit hæc lex condita veſtris.
Irrita connubij ſi quenquam vincla iuuarent
Signatis nuptæ modo vir diuortia litris
Firmaret, ſed ego ſi quis diuertit ab illa
(Illa niſi thalami caſtum violarit honorem)
Hanc adigit, teſtor, quo vincla iugalia fœdet,
Vera loquor, contrà quiſquis qui iunxerit illam
Connubio ſibi, proſtituit decus ipſe pudoris,
Alterius temerat lectumq; hoc more iugalem
Patribus hæc eadem fuit & lex condita veſtris
Falſiloquo caueas teſteris pectore quicquam,
Inuiolata tene Superis tua vota, fidemq;,
Ipſe ego iurandi penitus nunc aufero normas,
Sidera nequaquam rutili teſtabere cœli,
Nam Superum ſedes totum eſt pulcherrima cœlũ:
Cunctiparæ teſtere caue fundamina terræ,
Nam pedibus fulcrum eſt totius machina mundi
Siderei Regis: Solymæ neq; mœnia celſæ

 Iura-

Iurabis, magni ſunt hæc capitolia Regis:
Per caput ipſe tuum nihil & teſtaberis vnquam:
Non etenim formas fueris licet actus in omnes,
Aut album, aut nigrum potes vnum reddere pilū:
  Ergo agite hāc animis peſtē deſueſcite veſtris.
Omnis in hoc numero veſter ſit ſermo repoſtus,
Vox etiam atq; etiā, vel non, non perſonet omnis,
Omne quod ad metam verbum non conſtitit iſtā
Congeriem dudum cumulati criminis auget.
  Patribus hæc eadem fuit et lex condita veſtris:
Alterius ſi quis vi, vel petulanter ocellum
Eruerit, lumen perſoluat lumine demto,
Alterius ſi quis dentem perfregerit, ille
Dente luat: ſed ego vindictæ munera tollo.
Mala crepat colapho ſi dextera forſan adacto,
Obtendas aliam ferienti protinus, at ſi
De tunica tecum quis diſceptabit, eidem
Pallia rellinquas tua: ſi miliare quis vrget
Paſsibus vt ſecum paribus gradiare coactus,
Tu duo ſponte tua miliaria confice curſu.
Tuq; negare vlli ſis neſcius vlla roganti.
Mutua tu faciles poſcenti munera præbe
Auriculas, nulli faciem confunde pudore.
  Patribus hæc eadem fuit & lex condita veſtris,
Semper amore tuos ingenti ardebis amicos,

Hoſti-

Hoſtibus ac hoſtis ſemper, ſed amicus amicis
Exiſtas, ego nunc fieri diuerſa iubebo.
Hoſtes ipſe tuos ingenti ardebis amore,
Friuola quiq; in te iaciet conuitia, contra
Tu bonus ornabis iucundis laudibus illum.
Nil hoſtile tuo ſub corde precaberis hoſti,
Nil, tua lædenti tu contra inferre memento,
Hoſtibus ipſe tuis veniam pete pectore promto,
Sic ò filioli, cœli ſic itur ad aſtra.
Nanq; Deus iuſtosq; ſimul reprobosq; benignus
Lampade Phœbæa, & cœleſti lumine veſtit,
Iniuſtos ſuper & iuſtos, reprobosq;, probosq;
Deſcendit læto cœli Rex maximus imbri.
Quid ſimili ſi vos dulcem penſetis amorem
Lege, vel exiſtas ſi dulcis amicus amico,
Præmia quæ tandem cœlo expectabis ab alto?
Hoc & idem ſibi peccati qui mole grauati
Officium præſtant, ſimili & iunguntur amore
Artifices ſcelerum, fures, ſæuiq; latrones.
Mutuus ardet amor ſi charos inter amicos,
Quid mirum? præſtant et eundem ſemper amorē
Mole laborantes peccati, & crimine fœdi:
Ergo animis ſitis perfecti & pectore puri,
Veſter enim pater eſt cœleſtis in æthere talis. Caput 6
Cura ſit imprimis inopi cum munera turbæ
Diſtri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Diſtribues. hominum ſtudioſè vt lumina vites,
Præmi. non alias referes cumulata Tonantis.
Munera cunq; inopum tenues largiris in vſus,
Ante fores nuſquam reſonet caua buccina, ſicut
Hypocritæ ſtolido ducti male pectora faſtu,
Hîc & vbiq; graues edunt per inania cantus,
Cum populi vanos ſtolidi venantur honores.
Vera loquor, non vlla manent hos proemia cœli
Vlterius: Tu dona gregi cum promtus egeno
Sufficies, non læua ſciat, quod dextera promit.
Munera ſic nullum tua diuulgauerit æuum,
At pater omnipotẽs qui cuncta abſcondita luſtrat,
His tibi pro meritis manifeſta hîc dona rependet.
Tu quoq; cum ſacris onerabis ſidera votis
Ne velut Hypocritæ qui nil niſi pectore ſpirant
Stultitiam, & vanos ſemper ſectantur honores,
Omnibus inq; locis, in vicis omnibus ora
Diſſoluunt precibus ſæpiſſimè garrula vanis,
Dulcia quo ſtulti referant præconia linguæ.
Vera loquor, precium non illis amplius vllum
Contingent, cupidum dabitur nec munus olympo.
At cum tu Superos pius in tua vota vocabis,
Ad loca ſola mees, latè quæraſq; receſſum,
Ne quis fortè aditus pateat, neu ianua aperta.
Tu quoq; iam ſacras cum fundis ad æthera voces,

Ne ſis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Ne ſis multiloquus , ne certa, incertaq́; promas.
Sic incerta Dei gens orat, & æthnica turba,
Quæ precibus Diuos onerant,& carmine multo
Pluribus optatam ſperant ſe ferre ſalutem.
Non ſimiles, non eſte pares ſic gentibus vnquam,
Semper enim pater altitonans expendit ad vnguẽ
Quo ſit opus vobis,quid honeſtũ, ac vtile quid ſit
Veſtra prius penetrent quàm cælum vota beatũ.
Hæc igitur veſtris ſit condita formula votis:
  O pater in cælis nutu qui ſidera flectis,
Clareſcant totum tua nomina ſancta per orbem.
In terris itidem fiat tua ſancta voluntas,
Sicut in ætherea perfectè abſoluitur aula.
Da nobis hodie victum, da corpori amictum.
Da veniam noſtræ pater ò iuſtiſsime culpæ,
Delictis velut alterius nos parcimus vltrò
Non reprimi ſæuo ſine nos à Dæmone, verùm
Protegat à cunctis nos ò tua dextra periclis.
Nanq; tibi totus cum terra ſeruit olympus,
Et tua non vllas poſuit ſibi dextera metas,
Et tua perpetuis ſtant regna inmota diebus.
Dicat amen quicunq; preces cupit eſſe receptas.
Quin aliјs veniam dabitis ſi pectore toto,
Tunc pater in ſummo delebit & æthere veſtra
Crimina, præteriti nec erit memor ille doloris,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Sit minus hic næuis aliorum ignoſcitis, ipſe
Crimina nec vobis, nec tot peccata remittet.
Abſtinuiſſe cibis quando iuuat omnibus, alm
Et ſeruire Deo, menti ſtat ſumma voluptas.
Non velut Hypocritæ vultus mentimini amaros
Vt placeant populo vultus qui ſæpe ſeueros
Effingunt, Sed enim non illos vlla manebunt
Sedibus è Superis cœleſtis munera vitæ.
Tu vero inſtituis quando ieiunia Diuis,
Ipſe tuum veſti fragranti corpus odore
Impuras facie maculas hinc ablue, ne tu
Oſtentare tuos videare in pectore cultus,
Sed tua ſidereo pateant ieiunia Regi,
Omnia qui nouit, qui cuncta arcana recludit,
Quæ ſunt, quæ fuerint, quæ mox vẽtura trahãtur
Hic te pro meritis donis cumulabit opimis.
Non rutilos hic theſauros, non condite gazas,
Nanq; ſitu, & tineis hæc ſunt obnoxia dona,
Nuſquam tuta latent, non mille abſcondita ſeris,
Et ſceleratorum ſunt præda auidiſſima furum,
Sidereo potius Theſauros condite cœlo,
Hic vbi non tineæ rodunt, non altera peſtis
Effodiunt fures, furtisq́;, dolisq́; reportant.
Nanq; vbi gaza hominis, cor ſemper viuit et illic.
Artubus eſt reliquis oculus tibi nobile lumen,

Ergo tuus fuerit ſi non ſceleratus ocellus,
Lumine veſtita effulgebunt cætera membra.
At tuus extiterit fors ſi laſciuus ocellus,
Nil erit in toto ſplendentis corpore lucis,
Et tua lux ſpiſsis fuerit ſi verſa tenebris,
Quanta igitur caligo in ſe geminabitur ipſa?
Nemo poteſt Dominis pariter ſeruire duobus,
Hunc odio, aſt illum dulci amplectetur amore,
Negliget illius, aſt huius præcepta capeſſet,
Non Superis iuxta, & Diti ſeruire poteſtis.
Ergo nouis iterum iuſsis attendite mentem;
Nulla ſtet in toto de victu corpore cura,
Vos neq; ſollicitos teneat reparandus amictus,
Vita cibo potior nonne eſt? non corpus amictu
Nobilius? volucres ſummi per inania cœli
Tendentes luſtrate, iſtæ non ſemina ſulcis
Conmittunt, neq; poſt cerealia dona caniſtris
Condunt, & pater omnipotens his omnia largè
Sufficit: an volucres non longè vincitis; vnam
Addere quis poterit de tot mortalibus vlnam
Ille ſuæ curis licet æſtuet vſq; ſtaturæ.
Aut quid tanta premit veſtis vos cura parandæ?
Cernite per pictos pulcherrima lilia campos,
Non his cura labor, non ducere fila laborant,
At non diuitijs, tot non acceſsibus auctus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Rex Salamon rutilo paſsim circundatus auro,
Nobilibusq́; caput gemmis, oſtroq́; rubenti
Incluſus corpus, fragrans vti lilium agelli
Regali enituit veſtitu, gramina campi
Si Deus, & flores ſi mille coloribus almus
Induit, En modo queis nitidis ſua gloria ſurgit
In folijs, rapido ſed poſterus inijcit igni
Phœbus, at ò nimium quibus eſt fiducia ſemper
Parua, Deus potius non vobis omnia ſummus
Sufficiet, fructusq́; dabit de diuite cornu.
 Non acres igitur verſetis pectore curas,
Nec ſubeat veſtras talis ſententia mentes,
Corpora quo victu laſſata fouebimus? aut quo
Poſſumus heu Boreæ veſtitu pellere frigus?
Aetnicus haud alijs inhiat niſi talibus ordo.
At pater omnipotens iam nunc examinat alto
Aethere quo ſit opus, vel iam quibus omnibus vſus
Indigeat, nec eum res noſtræ fallere poſſunt.
Quærite mortales primum cæleſtia regna,
Quærite iuſtitiam cœli, & non temnite Diuos,
Cætera larga dabit ſupremi dextera Regis,
Hinc igitur triſtis dolor, atq́; hinc cura faceſſat,
Afferat ipſa dies non acres craſtina curas,
Poſterus ipſe feret ſua nanq; incommoda Phœbus,
Atq; dies referet proprias ſibi craſtina curas.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Iudicio quenquam triſti ſubmergere noli, Caput 7
Iudicio ne fors, pœna & damneris eadem.
Nam quamcunq; alijs tu pœnam inflixeris, illam
Rurſus ab æthereo poſt expectabis olympo.
Quemq; alijs modiũ repleueris, hic tibi rurſum
Menſura ſimili ad ſummas replebitur oras.
An feſtuca, vides alieno vt lumine parua
Pendeat? at proprio non cernis vt hæreat ilex?
Aut tua qui poteris his ora reſoluere dictis?
Heus ego feſtucam eripiam tibi frater ocello,
Ingentemq; trabem proprio tu lumine geſtas.
O nequam ſcelerate tuo de lumine magnam
Exime quæſo trabem prius, & miſerebere fratris
Rectius hoc pacto, non tanta mole grauati.
Non precioſa Dei catulis date munera fœdis,
Et nitidas ſuibus nunquam prouoluite gẽmas,
Munera ne pedibus calcent precioſa biſulcis,
Inde ruant & vos diſcerpant dentibus omnes.
Fundite de querulo puriſſima pectore vota
Irrita, nec vobis vnquam pia vota redibunt,
Quin precibus rutilum ſanctis impellite cœlum,
Siderea & veſtris mox votis aula patebit.
Quiſquis enim fundet ſanctas ad ſidera voces,
Ille ſui compos reuoluto tempore voti
Semper erit, quiſquis Regem indagabit olympi,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Inueniet reſponſa ſuis cedentia votis.
Quiſquis & impellet, gradietur protinus intrò.
Non adeò quiſquam ſcelerato pectore veſtrum
Exiſtit, nec ei tam dura in pectore cautes
Hæret, vt ille ſua cerealia dona petenti
Filiolo ſaxum, & lapides protendat inanes:
De grege cœruleo piſcem fortaſſe petenti
Squamigerum concedat ei pro piſcibus anguem
Vos igitur magna peccati mole grauati,
Si bona filiolis vobis dare munera veſtris
Conceſſũ eſt, quantũ ille magis, qui ſidera torquet
Optima diſtribuet ſe dona rogantibus heros.
Ergo tibi fieri quod vis, id feceris ipſum
Sponte alijs, referunt id lex, & carmina vatum
Eſt in ſeceſſu locus, atq; anguſta malignæ
Vndiq; porta premunt quam fauces, ſemita paru
Quæ via cœleſtes rectè deducit ad oras,
Huc huc filioli volucres mî flectite greſſus.
Nanq; iter ad ſtygias quod ducit protinus vnda
Eſt latum, vaſtumq́;, vijs huc omnibus itur,
Vndiq; peccatis hoc turba infecta coronat,
Huc pueri, nimphæ, iuueneſq́;, viriq́;, ſeneſq́;
Tendunt, & pariter flectunt ad tartara greſſus.
Falſiloquos fugite imprimis, fugite vndiq; vates
Mentiri qui conſuerunt virtutis amorem

Egre

Egregium vultu, latet alto pectore virus.
Se teneros fictis ſimulant ſub pellibus agnos,
Sæuitiam toto ſpirant ſed corde lupinam,
Fructibus ex ipſis falſos dinoſcite vates.
Acribus haud rubeæ carpuntur ſentibus vuæ,
Carduus & molles nullo fert tempore ficos.
Sic ſapidos ſemper fructus dabit vtilis arbos,
Arbor & econtrà putres tibi fœtida fructus (ctus
Fundet, & haud dulces præter dabit optima fru-
Arbor, et haud putres præter dabit improba fructꝰ
Luxuriat quæcunq; bonis non fructibus arbos,
Detruncata ſtatim rapidum trudetur in ignem,
Materiem cineri, & flammis dabis icta coruſcis.
Ergo agite ex fructu falſos dinoſcite vates.
Non equidem cuncti cœli regione beati
Gaudebunt, qui me Dominum, Regēq; vocabunt,
Sed qui ſacra mei genitoris iuſſa capeſſunt.
Multi etiam noſtrūm proflabunt pectore nomen
Talibus, atq; alijs mundi cum venerit ætas
Vltima: Nonne tuo ſub nomine Chriſte profati
Multa ſumus ventura? tuo ſub nomine diros
Dæmones, & ſtygios non Chriſte fugauimus an-
Nomine nonne tuo claris miracula ſignis (gues?
Edidimus? tunc ipſe palam verba iſta profabor:
Non ego vos vnquam vidi, non nomina noui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Veſtra, ſub æternas à me diſcedite pœnas.
  Si mea quis facili præcepta exceperit aure,
Atq; excepta ſimul fuerit mandata ſequutus,
Hunc ego de multis ſapientem millibus vnum
Dixero, prudenti ipſe viro quem comparo iure.
Qui ſaxoſa ſui poſuit fundamina tecti
Egregiè, & phario muniuit marmore poſtes.
Nubibus vtq; cauis deſcenderet horridus imber
Fluminaq; horriſono ingruerẽt trepidantia motu:
Oppugnant pariter vaſti fundamina tecti,
Incutiunt venti, colliſa remurmurat vnda,
Stat contrà domus, vt quondam Marpeſia cautes,
Nil tumidũ Boream, nil flumina vaſta moratur,
Ex ſaxis conſtructo equidem fundamine fulta.
  Si mea quis contra mandata exceperit, at non
Fecerit iſta, viro iure hunc ego confero ſtulto,
Qui poſuit fulua nihili fundamen arena,
Et ſuper extruxit magnas ſtolidiſsimus ædes,
Horrida tempeſtas, & cum nimboſus Orion
Nubibus, & multum fretus pluuialibus hædis,
Ingenti ingruerent telluri flumine toti,
Et conſpirati proflarent turbine venti,
Oppugnant pariter celſi fundamina tecti,
Aeolus atq; vnà Neptunus tecta tridenti
Incutiunt, ruit alta domus, fit peruia ventis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Et colliſa natant fracti fundamina tecti.
Talia magnanimus populo cū promeret heros,
Gens collecta omnis mirata eſt dogmata, nanq;
Veridicis heros ſoluebat vocibus ora,
Non vti vaniloqui Phariſæi dicta profantes.
Montibus aſt vbi iam greſſus reflecteret altis, caput 8
Turba ſatellitio ingenti ſtipauit Ieſum.
Ecce ibi cui toto ſqualebat corpore lepra
Vir properans flexo auxilium ſibi poplite ferri
Orabat, dictis his Chriſtum affatus: amicum
Si lubet auxilium potis es mihi Chriſte ſalutis
Sufficere, atq; graui poteris ſuccurrere morbo:
Chriſtus at extenſa tetigit fœdiſſima dextra
Membra viri, ſimul & dixit volo mundus abito,
Dixerat: at toto confeſtim corpore lepra
Omnis ijt, mox mundicies in mēbra reuerſa eſt.
Cui Chriſtus: caueas vlli mea facta recludas,
Membra Sacerdoti tua præluſtranda ſed offer,
Thuricremisq́; focis præſcriptū imponito munus.
Iamq; vbi tendebat rectà Capernaum ad vrbē
Chriſtus, & obiectos muros, portaſq́; ſubibat,
Militiæ inſignem Heroem mox præſes adibat,
Qui prior: O pie Chriſte meo ſuccurre miniſtro,
Carnifices cuius populati membra dolores
Omnia, qui cunctis miſerè iacet artubus æger.

Talia cui Chriſtus: mox ad tua limina flectam
Et medicas adhibebo manus, morbumq́; fugabo.
At præſes: ſiquidem non hoc me dignor honore,
Vt mea tu ſanctis incedas limina plantis,
Verùm age dic verbum ſaltem ſanctiſsimus vnū,
Et meus hac famulus rurſum ſanabitur hora.
Nanq; ego militiæ præſum, & Mauortia tracto,
Attamen vt volucres iubeo illi carpere greſſus,
Carpit iter, mando huic adeat me, protinus vltrò
Promtus adeſt, famuloq́; meo quencunq; laborem
Iuſſaq́; quæcunq; exploro ſubitò illa capeſsit.
Talibus auditis ſubijt miratio Chriſtum,
Atq; his alloquitur dictis ſe ponè ſequentes
Vera loquor, ſiquidem non hæc fiducia cunctos
Iſacidas inter viſa eſt mihi, turba ſed ingens
Diuerſis accita plagis, aq́; omnibus oris
A Zephyro, & rigidis aquilonibus vndiq; greſſus
Ad cœlos propere tendet, ſedeſq́; beatas,
Cumq́; Abramo illic Iſaaco, cumq́; Iacobo
Sede ſuper nitida, ſolioq́; ſedebit eburno.
Sancta tenus vero trudetur nomine turba
Ad ſtygias vndas, & cœcæ tartara noctis,
Hîc planctus, lachrymas, gemitus, triſtes vlulatus
Nulla dies ſiquidem non vllum finiet æuum.
Præſidem ad egregiū hinc verſus, ſic ore profatur:
Macte

Macte animi virtute noua diſcedito præſes
Atq; tuæ fidei reſpondeat exitus ipſe,
Et famulo vigor hac rediit mox priſtinus hora.
Poſt properè Petri Chriſtus diuertit ad ædes,
Illiusq́; ſocrum cui febris aduſſerat artus
Lurida comprenſam dextra ſanauit, at illa
Ilicet aſſurgens Chriſto ancillatur honeſtè.
Feſſus ad Heſperias Phœbus properaret vt vndas
Vndiq; quos Dæmon ſtimulis agitabat amaris
Adportant, ſubitò ingentes cumulantur acerui,
At bonus ille fugat magno ſpiramine verbi
Carnifices ſtygios, ſtygioq́; è fonte Tyrannos,
Omnibus & vires, optatamq́; inde ſalutem
Præſtitit, vt ſacri referunt pia carmina vatis
Noſtros ille tulit morbos, noſtroſq́; dolores
Suſtulit in ſeſe ſolo ſpiramine verbi.
Creuit at vt crebas à cuncta parte cohortes
In cumulum redigi, ſalſum mare findere ſulcis
Iuſsit, & ad ripam mare trans deducere puppim.
En ibi cui legum quidam monumenta ſacrarum
Cognita erant, ſocium Chriſto promittit in omnes
Se Chriſto: Sed eum verbis his excipit heros:
Eſt ſpelunca feris, ſunt vndiq; vulpibus antra
Alituumq́; gregi nunquam domicilia deſunt,
Virgine ſed ſoboles ſata, non quo tempora ponat

Inuenit alma locum, nec habet domicilia certa.
Talibus hinc alter ſoluit ſua vocibus ora:
Da veniam prius vt condã patris oſſa ſepulchro.
Cui Chriſtus: tumulis mandent ſua funera ſtructi
Queîs ſua lanificæ ruperunt ſtamina Parcæ,
Sed tu me ſequere, & pariter veſtigia fige.
Iamq; heros nauim ingreditur, ſecũq; miniſtro
Diſcipulos habet, En ſubitò ruit æthere ab alto
Nox intempeſta, et tenebræ circũ omnia denſant
Vna Eurus, notuſq; ruunt, creberq; procellis
Africus & vaſtos voluunt ad littora fluctus,
Eripiunt ſubitò nubes cœlumq;, diemq;
Ex oculis ſociorum, & fluctibus aſtra laceſſit
Pontus, et hinc rursũ penitus tumida vnda dehi
Et mare colliſum magno fragrore reſultat. (ſcit
Iamq; ferè tumidis puppis ſubmerſa ſub vndis
Aegrè inter tantos pendebat naufraga fluctus.
En ſubito ſocijs ſoluuntur frigore membra,
Spemq;, metumq; inter timidi acceſſere ſodales
Heroem ſacro proflantem pectore ſomnum
Sollicitant, timidi vix ò vix tale profati:
O Domine ex tantis nos eripe fluctibus, aut nos
Opprimimur miſerè nauis compage ſoluta.
Quos ita: turba parum dubijs fiducia rebus
Cui ſedet exigua, & nunquam ſpes fida ſalutis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Vos ego, ſed motos præſtat componere fluctus:
Aeolioſq́; minis ſuperatq́;, arcetq́; miniſtros.
Tempeſtaſq́; oritur toto placidiſſima ponto.
Suſpexere omnes præclari inſignia Vatis
Facta viri, hinc referunt: ò quis tā inſignibus au-
Ille eſt, cui venti;, vaſti cui cœrula ponti (ſis
Sponte ſua parent, ò quis ter maximus ille eſt.
  Deuenere locos vbi ſunt confinia terræ
Littora GeneZareth, magnis hic curſibus acti
Adproperant duo de tumulis quos Dæmones atri
Obſeſſos ſtimulis agitabant, rictibus ora
Torquentes, fremitu ingenti per compita cuncta
Arcebant homines, nec erat via tuta legendi
Huc iter, illi alto tendentes pectore vocem
Vociferabantur: Soboles æterna parentis
Chriſte Ieſu, tibi nobiſcum conmertia quæ ſunt?
Ante diem quid nos maceras, tempuſq́; ſtatutum?
  Non procul hinc ingens viridi paſcebat inagro
Turba ſuum, ſtygij tunc hæc retulere Tyranni:
Si nos eijcies noſtris è ſedibus, vnum
Concedas gregis hic fœdos inuadere porcos.
Nec mora ſublato ingenti mox turbine totus
Irriguas ſubito grex præcipitatur in vndas,
Paſtores fugiunt, vrbiſq́; ad mœnia tendunt
Submerſumq́; gregem referunt, et Dæmones atros

 Corporibus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Corporibus pulſos, totis id mœnibus itur,
Atq; vbi quamprimũ fandi data copia Chriſtum
Finitimis orant ſubitò diſcedat ab oris.
caput 9 Iamq; iterum aſſumtis ſocijs per cærula ponti
Inuehitur, rurſumq́; ſuam contendit ad vrbem.
Nuncia fama volat medicum redijſſe potentem,
Ergo virum ingenti correptum huc ilico morbo
Adportant ſubito tactum, lectoq; cnbantem.
Cerneret aſt vbi quanta fides mortalibus eſſet
Chriſtus, ait, morbis ægro, ſperato ſalutem
Gnate tibi veniam peccati nuncio veram.
Ecce ibi ſacrorum quibus alma ſcientia vatũ
Cognita erat, tacito muſſant hæc pectore ſecum:
Hic vomit in ſummum conuitia dira parentem.
Non latuere doli ſupremi patris alumnum,
Talibus aggreditur ſed contrà pectora dictis:
Peſsima cur veſtras ſubijt ſententia mentes?
Dicite quid leuiùs dictu, peccata remiſſa
Sunt tibi? vel poſito ſurgas languore grabato?
Vtq; ſimul claris firmetis pectora ſignis,
Virgine prognatum caſta mala crimina poſſe
Soluere, delictis veniam & concedere veram.
Cui penitus morbis fuerant iam membra ſoluta
Talibus affatur: collecto ſurge grabato,
Quin age et hinc volucres ſanus deflectito greſſus

Nec,

Nec mora qui manibus claudus, pedibusq́; ſolutus
Inſilit, vt curſum conmotus cornipes vrget.
Talia luſtrantes claris miracula ſignis
Vndiq́; collecti, ſubit admiratio mentem,
Plurima & æterno modulati carmina Regi
Facta ſuper rutilum tollunt pulcherrima cœlum.
Rurſus iter relegens, Matthæum nomine Chriſtus
Publica qui ſolitus per compita nempe tributa
Exigere inuenit: Tu me comiteris euntem
Nec plura effatus, paribus quem paſſibus æquat
Matthæus, poſitis ſed cum ſuccedere menſis
Contigit, huc omnes properabant tramite recto,
Fraudantes alios, peccati & mole grauati,
Et pariter ſtructis diſcunt aſſueſcere menſis.
Non tulit vlterius phariſaica talia turba,
Compellansq́; viros ſocios, Chriſtiq́; miniſtros
Dicite, ait, quæ cauſa dapes quod carpat eadem
De patina, & menſis itidem ſuccedat iiſdem
Veſter herus, quibus accumbit fœdiſſima turba,
Criminibus, furtisq́;, notiſq́; inſignis apertis?
Auribus hæc heros poſtquam ſanctiſſimus hauſit,
Edidit hæc contra: validi non corporis vnquam
Ars phœbæa viris petitur, podalirius ægris
Subuenit: iſta prius ſed pectore condite, quid ſit:
Me iuuat affectus, plus & miſeratio, centum

Mune-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Munera Thuricremis quàm quæ libantur in aris,
Criminibus fœdos, veni, non pectore ſanctos.
Ad verum vt reuocẽ callem, qui ducat ad aſtra.
Interea adproperant magnus quos ſedulus antè
Imbuerat ſacro Iohannes dogmate vates,
Talibus aggreſſi Chriſtum: ieiunia crebrò
Cur tot ſufferimus nos, & Phariſaicus ordo,
Nulla tui interea at ſocij ieiunia præſtant?
Chriſtus ad hæc contra: non fas eſt luctibus vllis
Conuiuas cruciari, illis dum Sponſus adhæret.
Olim tempus erit procul at cum ſponſus abibit,
Anxia tunc dapibus macerabunt corpora demtis.
Non nouus attritæ inſeritur benè tempore veſti
Pannus, hic à rima rurſum diuellitur, atq;
Pluribus interea rimis fit peruia veſtis.
Vtribus haud validi ſunt dona recentia Bacchi
Conſumtis mandanda, omni nam parte Lyæus
Diffluet effractis paruo poſt tempore vaſis.
Vina nouis potius quadrabunt feruida Bacchi
Vtribus, & tutum tandem durabit vtrumq;.
Magnanimo tales cum funderet ore loquelas,
Primus adeſt Procerum, flexo qui poplite Chriſtũ
Orabat, ſoluens his vocibus anxius ora:
Exuit hei mea vitales iam luminis auras (pus.
Gnata, ſed approperes Domine, et tua dextera cor-

Lumine defunctum leuet, & mea filia rurſum
Aethere veſcetur: recto quem tramite Chriſtus
Subſequitur, fidis comitatus fratribus vnà.
  Fœmina bis duo luſtra, duos atq; inſuper annos
Sanguineo exhauſta heu nimiũ miſerabile fluxu,
Clam medias inter turbas conamine multo
Prorumpens, tetigit ſacrata volumina veſtis
Chriſtigenæ, certe nanq; hæc ſententia menti
Hærebat, fueratq́; prius ſic ore locuta:
Si modo contigerit ſanctæ mihi fimbria veſtis
Demulcenda, meo recidet de corpore morbus,
Hanc vbi luſtrauit ſacris conuerſus ocellis
Chriſtus, ait, læto quin concipe gnata ſalutem
Pectore, nanq; fides morbo tua te eximit omni.
Nec mora ſanguineus ceſſit de corpore fluxus,
Sanaq́; progreditur, quæ corpore languit ægro.
  Ventũ erat excelſas iã magni ad præſidis ædes,
Hic vario triſtis reſonabat muſica cantu,
Et penitus cunctæ ſqualebant planctibus ædes.
Non tulit hoc heros, procul hinc ſed abite profatur
Lumina non etenim vitalia nympha reliquit
In dulcem flexit tantum ſua lumina ſomnum,
Effuſos ſtolido aſt prouoluunt pectore riſus
Vnà omnes; ſed turba foras vbi ceſſerat acta,
Protinus apprendit defuncti brachia nymphæ,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Virgoq́ iam rurſum vitali veſcitur aura,
Surgit, & in vultu ludit lætiſsima ſigna,
Sparſaq́ mox cunctas volitauit fama per oras.
Iamq́ alio flectebat iter ſanctiſsimus heros
Atq́ duo paribus properarunt lumine capti
Greſsibus ad Chriſtum, tendentes pectore vocem
Altiſonam: proles ò indubitata Dauidis
Chriſte Ieſu noſtram miſerere pÿſsime ſortem.
Qui cum vicinis ſuccederet ædibus hoſpes
Aduenere viri rurſum illic lumine capti,
Quos ita compellat ſoboles æterna parentis:
Nuncquid tanta animis hæret fiducia veſtris,
Vt verè tanti me vos reputetis, ademtam
Qui vobis oculorum aciem concedere poſsit.
Firmat vterq́ fidem dictis: Rex ætheris alti
Si libet ipſe potes dulcem concedere viſum.
Protinus obtuſos Chriſtus tangebat ocellos,
Exitus ipſe fidem veſtram probet, inquit, at illi
Mox conuexa poli metiri lumine poſſunt.
Pluribus illi autem implebant rumoribus vrbes
Vndiq́, nec tacito condebant pectore facta.
Vix è conſpectu donati lumine Chriſti
Exierant, quando ecce virum qui promere nullos
Ore ſonos poterat, ſtygius quem pectore Dæmon
Obſeſſum miſerè ſtimulis agitabat amaris

Duce-

Ducebant: Stygius poſtquam ſed pectore Dæmon
Ceſſerat, arcta iterũ ſtrictæ ſunt vincula linguæ
Iam muto reſerata, ſonos atq; edidit ore,
Et Superum grates depromſit pectore Regi.
Hinc ſubit ingentem mox admiratio plebem,
Signa palæſtinis & ſe teſtatur in oris
Talia non hauſiſſe vnquam, vidiſſeq́; ſigna.

At fœdi, prauiq́; tenax phariſaica turba
Euomit in ſanctum conuitia turpia Chriſtum,
Atq; ait, hunc ſtygios arcere BeelZebub aſtu
Dæmones, hoc duce præclaros præſtare labores.
Oppida poſt graditur per cũcta, omneſq́; per vrbes
Macte animi virtute heros, & dogmata ſummi
Sancta ſerit patris, oſtentans quo tramite cœlum
Quiſq; petat, leuat hinc morbos, & corpore multis
Repentes toto, ſacro fugat ore dolores.

Iamq; vbi diſparſos latè luſtraret aceruos
Ingentis Chriſtus populi, miſeratio pectus
Diuinum tetigit, ſparſas nanq; vndiq; turbas
Cernere erat, veluti certo paſtore carentem
Balantum iam fortè gregem, miſeraſq́; cohortes.
Biſſenos ergo ad proceres ſic farter orſus:
O ſocij ſiquidem ſatis atq; hic meſſis abundè eſt,
O nimium ſed parua manus, paruæq́; cohortes
Suſtineant tantæ quæ ſidæ pondera meſſis.

Ergo

Ergo agite æternum votis onerate parentem,
Et tantæ Dominum meſſis, protrudat vt ille,
Plurima quæ ſacræ ſuccedant pectora meſſi.
Caput 10 Biſſenos porrò proceres, fidoſq́; miniſtros
Conuocat, atq; illis ſtygio de fonte Dracones,
Tartareasq́; dedit vim poſſe fugare Chymæras,
Carnificeſq́; adeò de corpore pellere morbos,
Et ſolitas membris vires, ſolitumq́; vigorem
Sufficere, atq; animos in priſtina reddere triſtes.
Talia ſed procerũ bis ſex ſunt nomina, Simon
Petrus, & Andreas germani, deinde Iacobus
Patre Zebedæo natus, fraterq́; Iohannes,
Bartholemæus, & inſignis virtute Philippus,
Thomas, Matthæus, clarus pietate Iacobus
Filius Alphæi, Lebbæus nomen Iudæ
Cui fuit, & vero Taddæus nomine dictus.
Hinc Simon ſequitur de Cana, fœdus Iudas
Vltimus Iſchariot, tetro qui crimine Chriſtum
Prodidit argento victus, nummiſq́; triginta.
Inſtruit hinc ſanctis bis ſenos pectora dictis,
Atq; ait: O dilecta mihi manus, inclyta turba,
O mî filioli, terram peragrate Iehudæ
Vndiq;, nec capiant vos æthnica compita terræ,
Et neq; Samariæ turpatas crimine ad vrbes
Tendatis, ſed oues diſperſas vndiq; fidi

Iſacidæ de ſtirpe domus conquirite, & illis
Dicite iam propè ſiderei clara atria cœli
Inſtare, & claris pariter miracula ſignis
Edite, graſſantes miſeris prohibete dolores,
Aegraq́ curetis redienti, membra, vigore,
Corpora vitali iampridem lumine functa,
Inſignes iterum ſuperas reuocate ſub auras,
Cocytiq́ duces humano in corde morantes
Pellite, ſit veſtro non munere nemo beatus,
Hæc præſtate vltrò, præſtate hæc omnia gratis,
Nanq́ eadem gratis data ſunt & munera vobis.
Non vos cura premat rutili grauis, inquit, & (auri
Et ſitis argenti procul omnis cedat, & æris
Non vobis loculi, non ſit crumena, pedumq́
Non ſoleæ plantis, geminis nec veſtibus artus
Induite, eſt enim dignus mercede laborans.
At quæcunq́ vrbis capient vos mœnia, primū
Imprimis ſit cura pios inquirere ciues,
Si quis erit tanto dignus fortaſsis honore
Aedibus illius ſuccedite, ibiq́ ſub ipſum
Duretis tempus, diſceſſum fata repoſcent
Donec, et inde abitum rurſum properabitis vnà.
Ingreſsi quoſcunq́ lares, optate ſalutem
Protinus, & domui pacem exoptate ſalubrem.
Aedibus haud illis deerit benedictio, dignæ

Si fuerint, ſin digna minus ſunt tecta reperta
Pax vobis eadem, & benedictio dicta redibunt.
Si quis erit qui vos ſcelerato ſpreuerit ore,
Veſtraq́; nec facili præcepta admiſerit aure,
Aufugite inde, locumq́; vrbẽq́; relinquite fœdã,
Pulueręm & excutite à plantis : veriſsima teſtor
Machina cũ mundi flamma crepitante liqueſcet,
Tunc leuior Sodomã, leuior tunc pœna Gomorram
Opprimet, hanc vrbẽ quã quæ tũc pœna manebit.
Ecce ego vos rabidas inter ſtygiaſq́; Chymeras,
Inter & horriſonis vlulatibus acre luporum
Agmen ago, ceu molle pecus, mutumq́; timore
Balantis gregis inſtar ego vos mitto proindè
Aſtutis par ſit prudentia veſtra colubris,
Innocuis ſimile at pectus ſine fraude columbis
Exiſtat, ſtudijs ſceleratas vndiq́; turmas
Effugite, illæ etenim vos coram iudice ſiſtent,
Veſtraq́; ſubijcient loris, virgiſq́; ſalignis
Tergora, & aßiduo nudabunt verbere coſtas,
Vos quoq́; iudicijs Regum, Procerumq́; nefando
Conſilio obijcient mea tantum nomina propter,
Quo ſua teſtentur toti ſcelera impia mundo.
Cumq́; igitur vinctis miſerè poſt tergora palmis
Iudicijs coram, ſcelerato & iudice ſiſtent,
Anxia non triſtes verſent tunc pectora curæ,

Quale vel eloquium triſti fundatis ab ore,
Qualibus aut timidi ſoluatis vocibus ora.
Omnia quæ forti prometis pectore verba
Suggeret extemplo cæleſtis Spiritus auræ.
Flamen enim æthereum cœli per ſacra profatur
Organa, cum ſanctas effunditis ore loquelas.
  Rara erit in terris me propter nomina fratrum,
Alter & alterius ſubmerget funere pectus.
Ipſe pater proprio lethum intentabit alumno,
Filius è contrà patrios inquiret in artus,
Vos quoq; nanq; eſtis mundo contraria turba,
Damna, pericla, necem, plagas & flagra feretis,
Conſpirabit enim totus cum Dæmone mundus
Veſtram in perniciem, nec non odia aſpera vobis
Miſcebit, nimium felix, nimiumq́; beatus
Quem pia ſub ſerum conſtantem numina finem
Effecère, poli certè indubitatus hic hæres
Inmarceſsibili redimitus tempora ſerto
Semper erit: Tantum decus eſt conſtantia vera.
  Vos autem fugitiui omnes ex vrbibus vrbes
Viſite, non etenim Iſacidam conuertere gentem
Totius dabitur fata ante nouiſsima mundi.
Dignior haud quaquã eſt qui pẽdet ab ore docẽtis
Diſcipulus, magnum munus ſubeunte Magiſtro.
Nec Dominum ſuperat famulus, ſed ſufficit ipſi

Eſſe parem Domino, diſcentemq́; eſſe docenti
Officio ſimilem, ſi nanq; Beelzebub ipſum
Nomine Herum vocitare auſi, quo nomine tandē
Quæſo ſatellitiū illius, qua voce miniſtros
Proſcindent, irritabunt, & ſæpe laceſſent?
Nil adeo arcanum toto iacet orbe repoſtum,
Quod non vlla dies, quod nullum proferat æuum:
Nil adeo ſiquidem latet alto pectore clauſum,
Quod non longa iterum recludat temporis ætas:
Illa ego quæ refero in latebris, vos luce ſerena
Proferte in medium, tacitis concredita porrò
Auribus, in celſis roſonetis gutture tectis.
Non ſæuos horrete viros, non corde Tyrannos
Copia queis corpus mulctari eſt funere, at ipſi
Nulla animæ referunt nocitura incommoda, totis
Hunc horrete animis, hunc toto & corde timete,
Qui corpuſq́;, animamq́; ſimul crepitantibus vret
Ignibus, & ſtygias pariter tranſmittet ad vndas.
Nonne duo exiguo nummo paſſerculi emuntur?
Et ſine cœleſti nutu non interit vnus
Alituum: capitis veſtri numerata ſed omnis
Turba capillorum ſtat certè, mœſta recedat
Cura ergò, atq; abeant triſti de corde dolores,
Paſſeribus ſiquidem pluris vos pluribus eſtis.
Quiſquis erit mea qui coram mortalibus ægris

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Nomina confeſſus fuerit, profitebor & illum
Coram patre Deo, cœleſtiq; agmine coram.
Friuolus è contra mea qui præcepta negarit
Coram patre Deo, cœleſtiq; agmine coram
Abiurabo eius ventura in ſecula nomen.
Non animos ſubeat talis ſententia veſtros
Me genialis opus pacis concedere mundo,
Non laurum, magis arma fero, Marteḿq; laceſſo
Mortales inter, gnatum contra armo parentem,
Et gnatam contra genitricem accendo, nuruḿq;
In ſocrum, ſimul inq; nurum verſo ordine ſocrũ
Inflammo, nec erit poſt hoſpes ab hoſpite tutus
Vndiq; diſſectæ gliſcet violentia ſectæ.
Proſequitur ſtudio charos quicunq; parentes
Maiori quàm me, & dulci magis ardet amore,
Nomine nõ dignus noſtro eſt, neq; numine noſtro:
Qui ſobolem gnatoſq́; ſuos, gnataſq́; tenellas
Maiori quàm me feruore amplectitur, illum
Nomine non noſtro, neq; claro dignor olympo.
Qui non ſponte ſua ſua fert incommoda, mecum
Nec paribus pariter figit veſtigia curis,
Nomine dedignor noſtro, dedignor olympo.
Stamina qui vitæ quia me, mea iuſſa negauit
Vlteriora putat ſeſe reperiſſe, peribit,
Vitaq; cum gemitu fugiet miſeranda ſub orcum.

Quìſquis erit verò vitalis lucis amorem
Exuerit qui me propter, cœleſtia vitæ
Munera percipiet, nullis moritura diebus.
Fouerit hoſpitio qui vos atq; hauſerit inde
Iuſſa lubens, hic me fouet, atq; amplectitur idem
Hic mea iuſſa, fouet qui me, complectitur illum
Cuius ego retuli ſpacioſum dicta per orbem.
Qui ſacrum recipit vatem ſub nomine vatis,
Hic eadem vatem quæ proemia digna manebunt
Accipiet: quiſquis iuſti, rectiq; tenacem
Nomine ſub iuſti excipiet dotabitur idem
Muneribus iuſti, & pulchris lætabitur auſis:
Diſcipuli ſi quis minimo ſub nomine noſtrum
Irrigui ſaltem laticis conceſſerit hauſtum,
Vera loquor, ſummo ſpectabit ab æthere dona,
Muneribusq; ſacris rurſum cumulabitur ille.
caput Hæc vbi iam ſocijs mandata iniunxerat heros,
Vrſit iter rurſumq; alias contendit ad vrbes,
Spargeret vt ſummi ſanctiſsima dogmata patris.
Audierat (nec enim iam paſsim obſcura per oras
Fama ferebatur) Iohannes carcere ſeptus
Magnanimi facta herois, miracula Chriſti,
Ergo duos certis inſtructos pectora dictis
Miſit ad heroem ſoluentes talibus ora:
Dic age num patris æterni tu vera propago es,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Quam venturam orbi vates cecinere priores,
Aut Heroa alium ſpectabimus æthere ab alto?
Chriſtus adhæc contra: vati hæc reſponſa referte
Lumine quæ coram luſtraſtis, & auribus ambo
Hauſiſtis, penitus cæcis noua lumina ſurgunt,
Inſiliunt claudi, toto queîs corpore lepra
Sedit ij niuis albentis nunc artubus inſtar,
Effulgent, quibus auris erat præcluſa, profectò
Ad quæuis nunc dicta patet, monumenta recluſa
Lumine defunctis vitali cernere, fas eſt,
Lætaq; iam triſti referuntur nuncia turbæ.
At nimium felix, & terq; quaterq; beatus,
Quem mea non vllo irritabunt tempore dicta.
  Diſceſſere viri: tunc plebem verſus ad omnẽ
Chriſtus ait, quæ cauſa viæ? nemora ardua cur nã
Et loca ſola viri petiiſtis? arundine nunquid
A Zephyris agitata illic veſtire placebat
Lumina? vel quenquam precioſa veſte nitentem
Exiſtis luſtrare virum? latet omnis in aula
Veſtibus inſignis regali: cernere vatem
An lubet? hic equidem maiori eſt nomine dignus.
Hic eſt magnanimus Præco, quem carmina vatũ
Venturum cecinere: Tibi qui compita dolet
Ecce meum aligero de cœtu mitto miniſtrum.
  Non ego ficta loquor: vitales quotquot in auras

Edidit ingenti muliebris tempore cœtus,
Hos ſuperat vates auſis inſignibus omnes
Iohannes, nemo eſt illi pietate ſecundus,
Maior eo nemo eſt, ſunt cuncti iure minores,
Attamen aſtrigera minimus qui viuit in aula,
Maior Iohanne eſt, atq; hic ter maximus ille eſt.
Magnanimus poſtquam vitali eſt redditus auræ
Vates, vim patitur cœlum, quiq; acrius inſtant
Sideribus celſi nitidis potiuntur olympi.
Lex etenim, atq; itidē ſacrorum carmina vatum
Tempus ad egregij ſunt vaticinata Iohannis
Et modo credatis, verè venturus in orbem
Scilicet Elias hic eſt, hæc hauriat, auris
Cui non ſurda latet, penituſq́; obtuſa quieſcit.
Cui genus hoc hominū, pueris id comparo paruis
In medio qui fortè foro è regione ſedentes
Ad pueros altam protendunt pectore vocem:
Nos calamos en ore leues inflauimus, at vos
Non pede duxiſtis choreas: lugubria vobis
Carmina protulimus, ſed non planxiſtis id ipſum.
Iohannes Cerere & Baccho non vſus amico.
Et tamen obſeſſū perhibent hunc Dæmone, proles
Patre Deo ſata, cum Cereris, tum munere Bacchi
Vtitur, atq; in eam iaciunt conuitia fœda:
Cernite lurconem, ac heluonem, cernite ventrem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Cernite criminibus ſocium, ſceleriſq; patronum.
Cœlica nil minus illorum ſapientia gnatis
Pernoſcenda datur, tum iuſtificatur ab illis.
Protinus hinc heros curarum carpitur æſtu,
Inuehiturq; animo ſceleratæ in mœnia terræ,
Quæ ſua tot claris luſtrarant munera ſignis
Nec ſceleris ſaltem vel parua piacula magni
Ediderant, magis addiderant ad priſtina fœdi
Crimina multa noua, & peccata enormia multa.
Væ tibi ChoraZin, tibi væ BetZaida, nanq;
Si tot ſigna Tyron, ſi tot miracula Sidon
Luſtraſſet, capita aſperſo tunc puluere, mœſta,
Squalidaq; induti confeſtim corpora ſaccis,
Commiſsi ſiquidem puduiſſet criminis illas.
Vltima ſed fragilis mundi cum venerit ætas,
Non te pœna Tyron, tam te non ardua Sidon
Pœna premet, tu quæ cœli Capernaum ad aſtra,
Quantumlenta ſolent inter viburna cupreſsi
Tantùm præ reliquis caput vrbibus alta tuliſti,
Ad ſtygios detruſa graues dabis improba pœnas
Sulphure fœcundos labenti tempore fontes.
Editaq; in Sodomis ſi tot miracula ſignis, {morræ
Surgeret haud equidē graueolens nunc vnda Go-
Quam ſuper haud vllæ poſſunt impunè volantes
Tendere iter volucres, ſed longè mitior omnes

Pœna Gomorrhæos affliget machina mundi,
Cum rapido exiguo mox tempore diffluet æſtu.
Poſt heros paſsis hæc fudit ad æthera palmis:
Chare pater, ſummi cœli moderator, & orbis
Grator & ò toto laudes tibi pectore promo
Quod tua præclaris, tua quod ſapientibus acta
Sint arcana viris, ſtupidis notiſsima porrò
Reddideris, pater alme tibi ſic æthere in alto
Decretum fuit, imperium ſine fine dediſti
Tu mihi, nec rerum poſuiſti maxime metas
Nec ſobolem cunctis de tot mortalibus vnus
Excepto genitore quidem cognouit, & ipſum
Nemo patrem didicit præter cognoſcere gnatum,
Cuiq; patrem dulci gnatus recluſit amore.
Huc huc mœſti animis huc ad viuaria cuncti
Tendite, triſtitia, & peccati mole grauati,
Dulce refrigerium, dulce & ſolamen in æſtu
Semper ero vobis, mihi quin confidite, noſtrum
Dulce iugum non ſit vobis graue ferre, fideles
Diſcite me, manſuetus ego ſum pectore totus
Atq; humilis verè, & toto ſum pectore mitis.
Sic animæ requiem veram, & ſolatia veſtræ
Blandula videritis, & ſpem ſurgentis olympi,
Nãq; meũ prædulce iugũ eſt, leue põdus et ipſũ eſt.
Caput 12 Hinc Procerũ bis ſex Chriſtus comitante cohorte
Carpſit

Carpſit iter Cereris per agros flauentis, at omnes
Magnus amor Chriſti ſocios ſtimulauit edendi,
Auulſere nouo fœcundas ſemine ſpicas.
Hæc vbi luſtrarunt Phariſæi protinus ora
Vocibus his ſoluere: tui quid Chriſte miniſtri
Iam feſtis peragunt minimè per agenda diebus.
Talibus è contra Chriſtus: non cognita vobis
Ieſſæi ſunt facta Ducis, ſtimularet vt ipſum
Dira fames, & amor ſocios vrgeret edendi,
Ingreſſus fuerit patris vt ſanctiſsima ſana
Condideritq́, auido cerealia viſcere dona
Dona ſacris libata viris ſolummodo? vel non
Priſcorum hauſiſtis ſacrata volumina vatum;
Sacra Sacerdotum feſtis vt turba diebus
Sancta, coacta graui violârit Sabbatha caſu?
Nec tamen hoc vnquam peccatū intenditur illis.
Vera loquor nec enim mea vos ſententia fallet.
Maior ego ſacris tectis, & dignior adſum,
Cognita ſi dulcis foret hæc ſententia vobis:
Vera placet verè mihi conmiſeratio, ſacris
Plus quam cæſa focis taurorum tergora mille.
Non tot tartareas veſtrum truſiſſet ad vndas
Iudicium inſontes: caſta ſata virgine proles
Subdidit imperio leges, & vincula legum
Sacra ſuo, feſtis nec ſeruit, feſta ſed ipſi

Concedunt Superum Regi, & præconia cantant.
Hinc loca progreditur mox ad vicina, theatra
Hic vbi ſurgebant doctrinæ addicta ſacratæ.
En ibi cui manuum aruerat iam torrida plane
Dextera, adeſt: ſubitò perſtat phariſaica dictis
Sollicitare Deum turba: an conceſſa poteſtas
Vlli ſit feſtis morbos arcere diebus.
Talia perſtabat memorans quo crimina Chriſto
Fraude intentaret ſcelerata, aſt inclytus heros
Prouidus ad quæuis ſtabat ſermone paratus
Reddere verba viris, id talibus ora reſoluit:
Pandite quis veſtrum, feſtis ſi forte diebus
De grege balantum foueam caper actus in imam
Præcipitet ſeſe, exiſtat non protinus illum
Qui trahat ex fouea, celebrētur ſabbatha cunctis
Sacra licet? iam præſtat ouem virtutibus autem
Quantum ſiderei, mortalis, patris imago?
Ergò licet feſtis morbos ſanare diebus.
Tu quoq; cedo manū Chriſtus poſt fatur ad illum
Cui vigor è dextra dudum iam ceſſerat omnis.
Exhibet ille manum quæ mox ceſſante dolore
Aequè agilis læuam longè certamine vincit.
Auertere viam Phariſæi & turpia ſecum
Verſantes animis, ſtudia in diuerſa ruebant
Heroa vt triſti mulctarent funere tandem.

Non

Non latuere doli, nec turpia crimina Chriſtum,
Ergo viam relegit multis comitantibus heros,
Eripit infeſtæ, & verſo ſe tramite turbæ,
Adq; alias celeri curſu proficiſcitur oras,
Hic bonus omnigenas pellit de corpore morbos,
Sufficit & vires ægris animumq; miniſtrat.
Iamq; quibus vigor & vires in priſtina ſaluæ
Corpora ſub medico fuerant hoc ritè reuerſæ
His arcana iubet ſua facta, & præcipit eſſe.
Vt Ieſaiæ retulerunt carmina vatis:
Hic mihi dilectus, meus hic electus alumnus,
Hic mihi delitiæ veræ mea vita, meum cor,
Eſt, fuit, atq; erit, hunc ego ſacro flamine cæli
Veſtiam, & hic referet mea nomina gentibus, ille
Garrula nequaquam ſtolidæ præconia linguæ
Exiget, in tectis neq; vociferabitur altis.
Atteret illiſæ non mitis arundinis vſum,
Nec bonus ardentem perfundet flumine lignum,
Quo ſtabilita ſui tandem ſint munia regni,
Gentibus & cunctis eius venerabile nomen
Semper erit, cælum ſperabunt nomine in eius.
Poſt Draco quē ſtygius miſeros obſederat artus
Qui nullos dabat ore ſonos, nam vincula linguæ
Arcta tenebantur, qui lumine captus vtroq;
Ante pedes ſiſtunt Chriſti ſpiramine verbi

Dæmo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Dæmones ille fugat: binoq; hunc lumine donat,
Vincula poſt mutæ ſoluitq; tenacia linguæ.
Plebs magnum miratur opus, miracula magna,
Nanq; videt cæcus, ſua mutus & ora reſoluit,
Muſſitat & tacito voces has pectore ſecum:
Nonne hic Ieſſei eſt ſoboles certiſſima regis?
Deteriora ſequens ſemper Phariſaica turba,
Turba Deo ſemper verè contraria ſummo,
Præſidio hunc perhibet, Cocyti & numine regis
Luciperi fretum ſtygios arcere Tyrannos,
Non Phariſæorum latuit ſententia Chriſtum.
Talibus aggreditur quos contra vocibus heros,
Et ſimul innectens pulchris ambagibus alma
Verba ſonat: quoſcunq; acris diſcordia faſces
Diuiſerit penitus recident, penituſq; peribunt:
Aut domui cuicunq; ſemel violentia gliſcit
Hæc destructa ruet ſimulatq; impulſa peribit.
Si ſtygios igitur ſtygius rex ipſe ſodales
Expulerit, ſtygio gliſcet diſcordia ſceptro,
Qui ſtabilita igitur Cocyti regna manebunt?
Ipſe ego præſidio ſi pello Beelzebub orci
Nigrantes ſocios, quo numine dicite quæſo
Veſtra fugant ſtygios ſæpiſſimè pignora fratres?
Iudicium referent ſub fata nouiſſima mundi
Ergò etiam veſtrum, vos veſtraq; pignora pœnis

Mulcta-

Mulctabunt: vel quo quiſquam conamine celſa
Tecta viri fortis ſpolijs priuabit onuſtus,
Ni prius ille virum vinclis, duriſq́; catenis
Strinxerit, & ſpolijs redeat tunc diues opimis?
Et quicunq; mihi non ſemper iunctus adhæret,
Hic mihi diſiunctus ſemper contrarius extat:
Non mecum quicunq; legit, diſpargit hic idem.
Omnia quantumuis enormia crimina, quamuis
Dira, remittentur miſeris mortalibus: omne
At ſcelus in ſacrum non vllo tempore flamen
Commiſſum veniam lugendo merebitur vllam.
In patris æterni ſobolem commiſſa piari
Crimina cuncta queunt, auræ conuitia ſacræ
Facta nec hic vnquã præſens dũ machina mundi
Durabit, neq; quando alius naſcetur olympus
Quippe remittentur per mille piacula mundi.
Quiſquis erit qui fœcundos ex arbore fœtus
Fixerit in pratis pulchrè viridantis agelli,
Fœcunda ſapidos hic carpet ab arbore fructus,
Fœtida at inſeritur cui pomus, fœtida carpet
Poma, per hos etenim fructus dinoſcitur arbos.
O verè ſcelerata cohors, qui pectore quicquam
Promere, de ſcelerum repleto mille figuris
Vtile, vel ſapiat quod honeſtum forte, poteſtis.
Re quacunq; hominis repletum pectus abundat

Crebro haud ora ſonãt, et promũt guttura crebro.
Vir pius, ille pium reſonat virturis amorem,
Vir ſcelere infamis loquitur ſcelerata, nec vnquã
Pectora cum labris magno diſcrimine diſtant.
Aſt ego, vera loquor properabit vt arbiter æui,
Quiſq; dabit reſponſa Deo de qualibet vnquam
Syllaba inutiliter prolata, nempe beatus
Vocibus ex proprÿs diceris, nempe peribis
Lege pari proprÿ proprÿs ſermonibus oris.
Dixerat, at contra Phariſæi protinus inſtant
Et ſignum cæleſte petunt: quos excipit heros
Talibus: O ſtigÿ ſoboles horrenda Draconis
O verè ſcelerata cohors, & adultera proles
Hæc ſignum cæleſte petit, neq; cernere ſignum
Huic vllum dabitur, ſignum niſi nobile Ionæ,
Immani ſoles velut hunc tres ordine piſcis
Monſtrũ horrendũ, ingens abſorptũ condidit aluo
Haud aliter ſoboles caſta ſata virgine, terræ
Viſceribus mediæ, & tumulo condetur in imo,
Donec mundi oculus phœbus ter circuit orbem,
Præfuit imperio & noctes tres pallida phœbe
Iamq; extrema dies cum toti illuxerit orbi,
Hac cum ſacrilego Niniuitæ ſtemmate coram
Iudice ſe ſiſtent, atq; hoc ad tartara trudent.
Pœnituit ſcelerum Niniuitas magnus vt illis

Vatidico

Vatidico vates prædixit corde propinquam
Affore iam cladem, atq; hic en maior Iona eſt.
Hinc Regina Arabum prodibit ſtemmate iuncto
Hoc ſibi peſtifero, & ſtirpem damnabit eandem.
Illa peregrinis longe proceſsit ab oris
Prouida vt hauriret Salamonis dicta diſerti.
Atq; hic en maius quiddam Salamone moratur.
Pulſus vt humanis è ſedibus ater auerni
Dux trux per loca ſola meat, requiemq; ſubinde
Veſtigat, ſed nulla datur: tunc pectore ſecum
Talia tartareo verſat: domicilia rurſum
E quibus eiectus relegam mea, tecta vbi luſtrat
Iam rellicta, modis hæc cernit candida miris,
Omni compta loco, & nullo non terſa ſub anglo.
Tunc abit atq; alios ſeptem ſibi copulat inde
Noctiuagos fratres ſe longè fraude nefanda
Inſignes magis. illi habitant poſt tecta reuerſi
Deteriorq; hominis prima fit poſtera pœna,
Sacrilegã hæc eadẽ ſtirpem quoq; pœna manebit.
Chriſtus adhuc ſacras fundebat ab ore loquelas
Cum genetrix Chriſti, et fratrũ pars magna ſuorũ
Stabat, & heroa affandi flagrabat amore,
Innuit hoc Chriſto, & matrẽ fert eſſe propinquam
De turba quidam, & foribus ſuccedere fratres.
Chriſtus adhunc contra placido ſermone profatur:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Quæ mea nam genetrix? qui fratres? poſtea dextrã
Charos extendens ſocios ſuper iſta profatur:
Hi mea ſunt genetrix , fratres, charæq; ſorores,
Quiſquis enim patris æterni pia iuſſa capeſsit,
Ille mea eſt dulcis genetrix , faterq; ſororq;.
caput 13 Hinc ingreſſa Deus confeſtim tecta reliquit,
Et vicina adijt ſpumantis littora ponti.
Conſeditq; loco , ſed cuncta à parte cateruæ
Accinctæ paribus properabant viſere Chriſtum
Greſsibus, et cumulo ingenti loca cuncta replebãt
Id Deus aſcẽdit puppim , & mox tranſtra ſubiuit
Littore ſed populus conſiſtens lumine pontum
Metitur,poſt magnanimus ſua vocibus ora
Soluit & implicita hæc certis ambagibus orſus
Collecto fari populo. ſic incipit heros:
Vt ſua mandaret curuis quis ſemina ſulcis
Exijt,& manibus Cererem vt diſperſit in agros,
Compita pars cecidit Cereris per trita viarum,
Alituumq; greges auidis hæc ſemina roſtris
Hauſerunt , pars lapſa ruit ſalebroſa per arua
Seminis , & caruit fœcundo iugere, fibris
At ſubito ſtetit erectum, nam terra profunda
Non fuit, at Phœbus caput vt vibrauit honeſtum
Contigit huic ſalſis ſubitò ſterileſcere glebis,
Et quia nequaquam radices egerat altas

Aruit.

Aruit at vepres cecidit pars iacta per acres
At ſentes creuere cito, commiſſaq́ue vepres
Oppreſſere acres denſis ſibi ſemina ſpinis.
Seminis at diſperſa ſolum pars fertile iacti
Attigit, & fructus centenos edidit: omnis
Qui potis eſt voces has auribus hauriat ille.
Dicta per ambages procerum bis ſena profatur
Turba, quid ipſe refers, plebiq́ue populoq́ue frequẽti?
Quam contra alloquitur: vobis eſt miſtica cæli
Noſcere conceſſum facta, haud conceditur illis
Res ſapere æthereas. nam quo quis diues abundat
Hoc magis atq́ue magis ſemper dotabitur ipſo,
Omnibus vt diues rebus cumulatus abundet:
Quiſquis res inopes & res ſuſtentat egenas
Huic rapietur adhuc reſtat quæ parua ſuppellex.
Ergo per ambages illis ſum verba profatus,
Luminibus non hæc claris, nitidisq́ue tuentur,
Auribus hisq́ue nihil carpunt de rebus, apertis.
Nil etenim penitus ſapiunt cæleſtia cæci,
Prouida deſignant cæleſtis carmina vatis
Hunc populum, magno qui talia fundit ab ore:
Multa quidem memori crebro conderis in aure
Hauſta tamen minimè ſapietis, multaq́ue veſtris
Obuia luminibus contingent, noſcere viſa
Haud dabitur tamen huius enim præcordia ſtirpis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Sunt obſepta quidem ſpiſſæ caligine noctis.
Officium ſubeunt non aures, lumina torpent
Aßiduè & multo languent oppreſſa veterno.
Ne ſemel hauſta ſuis cognoſcant auribus, & ne
Viſa ſemel videant perfectè, & pectore cæco
Sacra poli noſcant ſummi myſteria, crimen
Commiſſum vt doleant, vtq; illis dulce miniſtrẽ
Auxilium, atq; aulæ reſerem quo clauſtra beatæ.
Vt vires animis, animumq́; vt viribus addam.
  Veſtra autem nimium felicia lumina, luſtrant
Hæc quia, felices omniq́; à parte beatæ
Auriculæ, memores quibus hæc haurire poteſtas
Conceſſa eſt: ego vera loquor, veriſsima teſtor:
Multi equidem vates, recti iuſtiq́; tenaces.
Ingenti deſiderio cupiêre videre
Hæc animis, eadem cupiere haurire ſubinde,
Irrita ſed tenues abierunt vota per auras.
  Vos igitur iam plæna quibus ſtat meßis in agro,
O ſocij noſtris alacres attendite dictis,
Quid ſibi iacta viri tradentis ſemina ſulcis
Innuat hiſtoria. atq; animis hæc condite veſtris
Hauſerit ætherei ſi quiſquam dogmata verbi
Nec ſatis hauſta tamẽ datur huic cognoſcere, toto
Pectore mox Dæmon radicitus eruit hauſta.
Atq; hoc ſemen erat paßim per compita ſparſum,
Condita

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Condita ſaxoſis ſed erant quæ ſemina ſulcis,
Hi ſunt qui cupidis æterni dogmata verbi
Mentibus excipiunt, ſed ij radicibus omnes
Quippe carent, hic vera fides, ſpes veraq́; deſit,
Cumq́; ſub aduerſo turbantur carbaſa vento,
Fluctuat & puppis tumidis illiſa ſub vndis,
Deficiunt ſubitò, & mox deteriora ſequuntur
Tramite rellicto, cupidi ſunt quem ante ſequuti.
  Sparſa vepres inter ſunt hi ſed ſemina denſas,
Dogmata ſiderei qui quando hauſere parentis,
Conſita ſuffocant curæ, & ſcelerata cupido
Semina poſt Ditis, nec ſurgunt vbere fructu.
  Sed quæcunq́; ſinu fouit ſibi credita tellus
Semina fœcundo, ſunt hi, cæleſtia dicta
Qui firmis condunt animis, atq́; hauſta reponũt,
Qui rimantur iter cælum quod tendat ad altum,
Hi ſuaues referunt fructus, centenaq́; fundunt
Munera, nec dextro cedunt, neq́; tramite læuo.
  Comparat inde viro ſacrata palatia cœli
Qui cultam riguo cererem committeret agro.
Et ſereret nullo vitiatum tempore ſemen.
Phœbus ad heſperias ſed cum contenderet vndas,
Alituum, pecudum genus ſopor altus haberet,
Hoſtis adeſt, ſterileſq́; inter mox ſemina lappas
Infelix lolium, & vanas diſpargit auenas.

Ianq; vbi ſurrexit fibris enixa decoris
Flaua Ceres, armata ſtetit atq; ordine ſpicis,
Scilicet infelix lolium videre repente
Exeruiſſe caput: famulorum id prouida turba
His affatur herum: nonne ò pater optime ſulcis
Semina mandaſti minimè vitioſa? quid ergo
Non infrugiferas ſurgentes ordine lappas
Cernimus? & toto lolium dominarier agro?
Inſeruit ſteriles modo frugibus hoſtis auenas.
Hoſpes ait: Dic ergo refert, vis optime præſes,
Turba miniſtrorum, lolium radicitus omne
Erui, & hoc ipſum diſiungi à frugibus ipſis.
Non ita, præſes ait, ne fors vt inania terris
Eruitis lolia, & fruges, Cereremq; propinquam
Vellatis manibus, potius concedite vtrumq;
Creſcere, donec erit, flauo mihi meſſis in agro.
Tunc ego iuſſa meis iungam meſſoribus: ite
Infelix lolium, & ſteriles connectite lappas,
Has ego perpetuò vt flammis crepitantibus vram,
Horrea ſed Cererem ſubcondita ferte miniſtri.
Hinc ait aſtrigeri præclara palatia cœli
Reſpondent grano exiguo per cuncta ſinapis,
Quod quidam inſeruit granum felicibus aruis,
Non exile magis latet vllum hoc ſemine granum
Et tamen vt celſis ſe caulis tollit in auras

Ho

Hoc fruteta inter caput altum extollit, & inter
Braſsica conſurgit perlongè nobilis arbos,
Alitibus nidos , nec non domicilia genti
Sufficit aligeræ patulis ſub frondibus illa.
Comparat hinc cæli pulcherrima regna beati
Fermento, modijs contuſæ fœmina quædam
Quod tribus inſeruit Cereris fors, induit vna
Ipſa Ceres donec fermenti toſta ſaporem.
Cuncta per ambages populo fuit ore locutus
Heros magnanimus, referunt vti carmina vatis:
Sacra per ambages ſoluam mea vocibus ora,
Magnaq; depromam rutili myſteria cæli
Quæ ſunt, quæ fuerint, quæ mox vētura trahātur.
Hæc vbi: demiſit populum, plebiſq; cateruas,
Protinus & recto vicina ad limina tendit
Tramite: biſſeni proceres quem voce fatigant,
Vt lolij referat quæ ſit ſententia, Chriſtus
Annuit his facilis , dictiſq; his labra reſoluit:
Patre Deo genitus fœcundo ſemen agello
Credidit hic, ager eſt totus ſed fertilis, orbis,
Fertile ſementum ſunt , qui cœleſtia ſecum
Dogmata ſcrutantur: ſunt qui cœleſtia ſpernunt,
Infelix lolium : ſtygij dux hoſtis auerni eſt:
Sed qui falce metunt Cererem , de gente cohortes
Hi ſunt aligera. veluti voluuntur in ignem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Iam ſteriles herbæ, ſic fata nouiſsima mundi
Corpora dimittent ſtygias quã multa ſub vndas.
Filius ætherea mittet de gente cohortes
Scilicet omnipotens, reproboſq́; ad tartara mittet
Sulphure fœcũda, hic ſtrepitus, gemituſq́;, dolorq́;
Omnia confundent; magis omnia triſtia reddent.
Tunc iuſti & veræ ſemper pietatis amantes
Cœleſtis ſiquidem radiabunt lampadis inſtar.
Qui potis eſt voces has auribus hauriat ille.
Reſpondet porrò aërij domus ætheris alta
Theſauro gelida fors ſub tellure repoſto,
In quem fortuitò quidam incidit, atq; repentè
Condidit ignota rurſum tellure, deinde
Lætitia exultans, numerato vendidit ære,
Mutauitq́; auro res omnes, lætus & ipſum
Partis incubuit nummis acquirere fundum.
Regna beata poli, cuidam per ſingula quadrant
Qui ſtudio ingenti precioſas vndiq; gemmas
Contrahere incubuit, prolapſo tempore gemmam
Inſignem magis ante alias vt repperit, aurum
Cuncta abijt mox in rutilum conflata ſuppellex,
Et radijs gemmam ſubitò fulgentibus emit.
Non malè conueniũt rete, et domus ætheris alta
In mare deiectum, quo grex neptunius vno
Extrahitur motu varius: ſed corpore grandis

Grex legitur ſubito, vaſisq́; reconditur imis.
Putrida proijcitur per compita, turba viarum.
Haud aliter vaſti cum machina diffluet orbis,
Aligeri iuuenes ſolidæ pietatis amantes
A reprobis iungent, cœliq́; ad culmina ducent
Poſt ſocios dictis heros affatur amicis:
Suntne, referte mihi, vobis hæc cognita, dixi
Quæ modo? confirmant vnà, tunc protinus infit:
Cognita ſiderei cui ſunt benè dogmata verbi,
Par eſt ille viro, vetera & noua munera, diues
Theſauro ex magno ſubitò qui promere ſueuit:
Dixerat: hinc patrias heros contendit ad oras,
Multaq́; magniloquo diues profudit ab ore,
Patria progreſſus tandem eſt ſub tecta ſcholarum.
Obſtupuere omnes mirati ingentia magni
Verba viri, & tacito retulere hæc pectore ſecum:
Vnde illi aerij tanta indulgentia cœli eſt?
Vnde animo vili tanta eſt ſapientia? nonne
Patre fabro ſatus hic? genitrix non Maria? fratres
Nonne Iacobus, Ioſesq́;? nonne illius omnes
Germanæ hîc habitãt? vnde huic ſapientia tanta (eſt?
Vnanimes offenduntur cœleſtibus auſis.
Contra heros: nullis minus eſt acceptus in oris
Magnus quam propria vates cum degit in vrbe
Cunq́; lares habitat proprios, & propria tecta

Edidit hac parcè miracula Chriſtus in vrbe,
Deſperata etenim malè gens hæc fœda manebat.
Caput 14 Fama per Herodis iamq; aures principis ibat
Magnanimi herois Chriſti: atq; ingentia facta,
Ergo ſatellitium his dictis affatur, & inquit:
Hic eſt ille ſacra qui tot luſtrabat in vnda
Iohannes, iterum vitali veſcitur aura
Conditaq́; eripuit tumulo ſua membra reſurgens.
Ergo tot aſſurgit præſtans ingentibus auſis.
Antea namq; ſacrum detruſum in vincula vatē
Carcere frenarat, dirum obſcelus Herodiæ
Quæ coniunx fuerat germani vera Philippi.
Arguerat vates magno imperterritus ore
Ob ſcelus Herodē hoc, non ò non improbe, coniunx
Iure tui ſcandit Germani fulcra cubilis.
Multa igitur tacito ſecum ſub pectore verſat
Qua ratione virum poſſit mulctare nefando
Funere, ſed populus votis hic obſtitit illum
Namq; omnes magnum reputabant pectore vatē.
Iamq́; dies aderat natalis principis, & iam
Splendida ſurgebant nitido conuiuia cultu,
Ecce ibi funeſtas luſtrante Herode ſceleſta
Filia ducebat choreas ſimul Herodiæ,
Et choreæ placuere Duci, placuere miniſtris
Protinus id princeps recipit præclara puellæ
Mune-

Munera: tuq́; inquit pete me pulcherrima Nimpha
Quodq́; explorabis dabitur tibi virgo repentè.
Dixerat: inſtinctu ſceleratæ matris at ipſa
Magnanimi petijt ſacrum caput improba vatis.
Rex ſubitò ingenti curarum carpitur æſtu,
Iamq́; pudet tantum ſpontè indulſiſſe puellæ
Ne tamen Herodes tantus rex perfidus eſſet
Vtq́; ſuis eſſet coram reuerentia dictis,
Magne tibi caput auelli mandata miniſtris
Rex dedit ò vates fœdo dum carcere clauſus
Vſq́; moraris adhuc, rubraq́; parobſide Nimphæ
Proh precium ablatum ſceleris conceditnr illud.
Reddidit hoc magno matri pro munere virgo.
I nunc & choreas virgo duc improba, magni
I nunc & choreis caput ipſa auellito vatis.
At ſacra diſcipuli cumularunt oſſa ſepulchro
Vatis, & ingenti fracti ceſſere dolore.

Fama volat, Chriſtiq́; ſacras mox ſauciat aures
Letho mulctatum, & ſubmerſum funere vatem
Ergo Deus puppim aſcendens per cœrula ponti
Inuehitur, loca ſola petens, nemora ardua luſtrat.
Audijt vt ceſſiſſe Deum, mox tramite recto
Plebs pedes inſequitur, populo ſe protinus heros
Obtulit atq́; Dei tetigit miſeratio pectus
Quotquot & oppreſſi morbis, ſæuoq́; dolore

Reddi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Reddidit his iterum optatas in corpora vires.
   Iamq; propinquabat toto nox humida cælo
Biſſeni vt proceres affari his vocibus orſi
Heroem, loca ſola vides, nemora auia cernis?
Maioresq; cadunt altis de montibus vmbræ,
Ergo age rellinquas populum plebemq; coactam
Laſſata vt recreet donis cerealibus extra,
Chriſtus adhæc, minimè plebs his diſcedat ab oris,
Vos epulanda viris cerealia ponite dona:
Diſcipuli contra, numero ſolummodo nobis
Quinq; omni reſtant panes, duo piſciculiq;
Præterea: huc mihi Chriſtus ait, ferte iſta miniſtri
Iuſsit & interea totam conſidere plebem
Gramine ſub viridi pictis ſub floribus agri.
Et iam quinq; capit panes, & de grege binos
Cæruleo piſces, tenſiſq; ad ſidera palmis
Aethereo grates referebat pectore Regi.
Poſt manibus Cererem fregit, fidiſq; miniſtris
Diſtribuit, turbæ illi autem tribuere cubanti.
Nec mora ſe accingunt dapibus, laſſataq; replent
Viſcera, iamq; exempta fames, menſæq; remotæ
Gramineæ iam prorſus erant: mirabile viſu
Ecce bis implerunt micis ex omnibus illic
Sex corbes: & erant hic millia quinq; virorum
Innumeros præter pueros, præterq; puellas,

Et iam

Et iam connubio præter tædiſq; dicatas,
Qui ſua replerant epulis cerealibus exta.
Inde iubet plenos Chriſtus dare claſſibus auſtros,
Bis ſenis ruere & ſpumas ſalis ære miniſtris.
Ingentes iterum donec dimittere turbas
Poſſet, & hoc ipſo ſe ſoluere munere tandem.
Iam populus dimiſſus erat: cum maximus heros
Scanderet accliuem ſuffixo tramite montem,
Celſa fatigaret ſacris vt ſidera votis.
Humida iam phœbe nigras duplicauerat vmbras
Solus vt in ſummis remoratus montibus heros.
Et medium puppis pontum ſuperauerat auſter
Cum ruit ecce ferus, tumidiſq; et fluctibus vndas
Excitat, & nauim tranſuerſa à parte fatigat
Pars exacta nigræ ſed cum foret ardua noctis,
Cœrula metitur ponti pede Chriſtus, & ipſam
Ad properat puppim: timidi videre ſodales,
Et ſpectrum taciti reputârunt ludere ponto,
Vt mare carpentem videre, per ima recurrit
Oſſa calor ſteteruntq; comæ & vox faucibus hæſit.
Atq; vbi quam primum timidis data copia fandi
Ingentem ſuperas vocem extendere ſub auras.
Quos bonus alloquio & verbis ſolatus amicis
Chriſtus ait, timor acer eat, curæq; faceſſant
En ego ſum, rurſum optatam ſperate ſalutem.

Atto-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Attonitus contra Petrus formidine fatur:
En age ſi verè es Chriſtus mihi præcipe pontum
Vt iuxta ingrediar tecum: quin Petre venito
Chriſtus ait, timidus ſubitò ſuperambulat vndas
Petrus, at horriſonis ſtreperet cũ motibus Eurus,
Turbato miſerè Petro tumida vnda dehiſcit.
Protinus hic altam extendit de pectore vocem:
Chriſte mihi auxiliũ modo iã modo ſuffice: dextra
Chriſtus at extenſa tumidis de fluctibus illum
Eripit, & verbis Petrum caſtigat amicis:
O Petre cur timidæ nulla eſt fiducia menti?
Quid dubitas malè ſanè Deo confidere ſummo?
Dixerat, & relegunt recto ambo tramite nauim.
Iraq; mox tumidi cecidit ſæuiſsima ponti.
Quotquot at in cimba ſocij per tranſtra ſedebãt
Poplite eum flexo cæli omnipotentis alumnum
Sponte fatebantur cæliq; mariſq; potentem.
Hinc mare ſulcantes ſpumas ſalis ære ruebant,
Roſtraq; vertebant vicinæ ad littora terræ
Genezaret: poſtquam diſperſit fama per oras
Inſignem aduenisſe virum, medicumq; potentem
Ilico vexatos morbis regione ſub omni
Acquirunt ſtudio ingenti, atq; heroa fatigant
Explicitæ ſaltem concedat hic vltima veſtis
Contrectari ægris, miſeriſq; volumina, quotquot

Hæ

Hæc tetigere illis rediere in corpora vires.
Iam Solymæ proceres, Phariſæi turba prophana
Cognita erat ſacrũ & quibus alma ſcientia vatũ
Acceſſere Deum, & coram ſunt dicta profati
Stulta: quid, heus abolẽt, dic ſcita vetuſta parentũ
Diſcipuli modo Chriſte tui, Cereremq́; nec vnquã
Ablutis carpunt manibus: quos maximus heros
Talibus excepit contra: cur ſcita Tonantis
Vos malè negligitis, ritus tot propter ineptos,
Hæc Superum ſunt iuſſa tuos venerare parentes
Qui contra dulces genitores reſpuit, atro
Crimine pro tanto, letho mulctabitur ille.
Veſtra ſed econtrà fœdiſſima dogmata ſunt hæc:
Pignora vos veſtris altoribus iſta referte:
Hoc quodcunq́; fuit iuſtum concedere vellem,
Ni foret hoc Superis libatum: cura parentum
Nullos vlla premit ſic amplius, omnis honeſtas
Sub pedibus iacet, & cedunt cœleſtia veſtris
Dogmata: ſic & ſunt potiora prophana ſacratis.
O verè ſcelerata cohors, hæc pectora vatis
Vatidici verè ſignârunt carmina ſacra:
Hæc plebs ore tenus memet duntaxat adorat,
Me ſtolidis tantum labris veneratur, at ipſa (ret
Mẽs procul, et ſemper mea dogmata pectus abhor-
Illi equidem me nequicquam venerantur, inepti

Dũ commenta hominũ tantũ perinania tradũt.
Hæc referẽs populo Chriſtus ſimul innuit omni
Haurite, atq; animis firmis mea figite dicta:
Ora quod ingreditur mortalia, peccat id ipſum
Nequaquã, immundũq; hominẽ non reddit, ab ore
Auolat at quodcunq; hominẽ conſpurcat id ipſum
Biſſeni ad Chriſtum proceres hinc talibus orſi:
Agmina numne tibi conſtat phariſaica verbis
Irritata tuis ſanctiſsime Chriſte fuiſſe?
Aſt heros: quoſcunq; pater non inſerit alti
Aetheris hîc fœtus, radicitus euellentur
Mittite quin reprobos, & cæcos mittite vates,
Lumine qui capti, captos quoq; lumine ducunt,
Cæcus at vt cæcum producit vterq; repenè
Impete mox foueam male præcipitatur in imam.
Petrus at heroa his verbis affatur, & inquit:
Chriſte refer nobis tua quæſo oratio quidnam
Innuat, & pariter doctrinæ myſtica pande.
Patre Deo ſatus hæc contra: malè docta profatur
Turba quid hæretis ſemper? quid neſcia vobis
Pectora cæleſtis ſemper ſunt dogmatis? omne
Os quod enim ingreditur, laſſo mox conditur aluo
Digeſtumq; iterum laxatis pellitur extis.
Ore quod egreditur, de pectore promitur alto,
Inficit hoc hominẽ, & maculis hunc induit atris.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Omnia nanq; impura latent ſub pectore fœdo
Hinc cædes, hinc inceſtus, hinc cæca libido,
Fœnera cum furto, in Superos conuitia ſurgunt,
Hæc nimis, & nimium verè mortalia turpant
Pectora, non illota manus, non brachia fœdant.

Dixerat: hinc Tyri, nec non Sidonia terræ
Prouidus arua petit, magnis vlulatibus illum
Ecce ibi proſequitur, Cana quæ triſtis ab vrbe
Venerat heu nimium magnis de fœmina cauſsis,
Hæc iterans, iterãsq; iterum: indubitata Dauidis
Chriſte Ieſu ſoboles, nunc ò miſerere precantis,
Si qua tibi pietas, velut alto pectore ſemper
Summa ſedet, per te, qui te genuere parentes
Obſecro nunc ſortẽ afflictam, et res aſpice noſtras.
Filia proh miſerè mea diſcruciatur ab atris
Inferni Ducibus, miſerandis rictibus ora
Torquetur: contrà premit alta ſilentia Chriſtus,
Vno nec miſeram verba dignatur, at omnes
Duritiem inſolitam ſocij mirantur, & inſtant
Vt miſerè tandem referat reſponſa petenti:
Non ego, Chriſtus ait, niſi quæ periere viciſsim
Miſſus in hunc veni cœleſtis nuncius orbem
Quærere, balantes & oues redducere rurſum
Iſacida de gente. iterum ſed fœmina multis
Planctibus inſtabat, flexoq; & poplite voces

Fundebat querulas: Chriſte ò miſerere precantũ!
Quam contra dictis heros affatur amaris:
Non bene filiolis cerealia munera paruis
Par erit eripere, & catulis concedere fœdis.
At magis, atq; magis creuit fiducia menti
Ergo ait, ò verùm loquaeris pie Chriſte, catelli
Sed tamen ex micis quas menſa effundit herilis
Suſtentant miſeri vitam: non inclytus heros
Hæc tulit vlterius: magna eſt fiducia dixit
Fœmina, magna fides tuaq́; eſt, reſpondeat almus
Exitus ipſe tuis præſenti tempore votis.
Nec mora fugerunt ſtygij de corde Tyranni
Humano, & vires rediere in corpora Nymphæ.
Hæc vbi: flexit iter Galilæi ad littora ponti,
Protinus atq; illic montem contendit in altum,
Conſeditq́; ſuper viui ſedilia ſaxi,
Omnibus ecce vijs, huc paſsibus omnibus itur,
Innumeræ adproperant omni de plebe cohortes,
Et varijs ſecum morbis obnoxia ducunt
Corpora, queîs acies oculorum, & lumina demta,
Ora quibus vinclis & erant obſtricta, nec vllas
Muta dabant voces, queîs morbis arida membra
Languebant: Chriſtus pulcherrima lumina cæcis
Reddidit, extemplò ex mutis fecitq́; diſertos,
Et modo qui toto languerunt corpore, curſu
Præuer-

Præuertere alios: mirantur maxima ſacri
Facta viri, cuncti, & Diuos ſuper æthera tollunt.
Conuocat hinc ſocios ſoboles cœleſtis olympi
Atq; ait: afficior verè, & miſeratio pectus
Vera mihi ſubit, hîc tantas cum luſtro cateruas,
Nanq; ter hic Phœbus iam donec circuit orbem
Hæſerunt lateri comites, hæſere ſodales
Noſtro vſq;, & Cereris non illis copia facta eſt.
Non ego viſceribus vacuis, neq; corpore laſſo
Dimittam populum, ne fors diſtorqueat exta
Dira fames, relegit feſſo dum tramite tecta.
At Proceres contrà: vndè vſquā tā copia frugum
Larga petenda? vides loca ſola, & inertia prata?
Chriſtꝰ ad hæc: ōni quod adhuc mihi pādite panes
De numero reſtent? ſeptem dixere miniſtri,
Piſcipuliq; adeo pauci, piſceſq; minuti.
Iuſsit ad ingentem Chriſtus diſcumbere turbā,
Et Cererem piſceſq; ferens, de pectore grates
Aetereo retulit patri: poſt dona miniſtris
Diſtribuit, contra hi turbæ tribue cubanti.
Accingunt dapibus ſeſe omnes, tergora nudant
Piſcibus, & dapibus replent ſua viſcera ſumtis.
Poſtquā exemta fames epulis, menſæq; remotæ
Rurſus erant, cophinos rellicto è munere ſeptem
Implerunt, & erant hic millia penè virorum

Bis duo, præterquam pueri, innuptæq́; puellæ,
Et iam connubio præter, thalamiſq; dicatas.
Dimiſſa iam plebe Deus freta ſalſa relegit,
Littoraq́; aduenit demenſo Magdala curſu.
caput 16 *Mox Sadducæi & Phariſæi tramite recto*
Flexerunt iter ad Chriſtum, quem talibus orſi
Excepere, age nunc claro ſignum affer olympo
Inſigne, atq; animos ingentibus erige factis,
Si tibi conceſſum, & cœli indulgentia tanta eſt:
Quos contra his verbis dignatus maximus heros,
Cum veſper properat ſero rubicundus Olympo
Augurio cœlum tempeſtatemq́; ſerenam
Non dubij veſtro promittitis, vtq; cubile
Ipſa viro croceum liquit Tithonia coniunx
Phœbus & Eois primum digreſſus ab vndis
Pulchra decus cœli radijs mox inficit aſtra
Ignitis: Zephyri ſubito, tumidæq́; procellæ
Nimboſusq́; animos veſtros mox terret Orion.
O verè ſcelerata cohors, labentia cœlo
Sidera, vos Phœbum, pulchrā vos mente Dianā
Noſcitis, atq; animis rutilantia prenditis aſtra,
Signa ſed haudquaquam præſentis cernitis æui.
Qualibus in tenebris hic viuitis, omnia noſtis,
Vtiliora tamen cœci haud deprenditis vnquam.
Hæc cœleſte ſibi ſtirps quærit adultera ſignum

Nec

Nec tamen hæc nitido ſignum luſtrabit olympo
Pluraq́; nec dabitur miracula cernere, præter
Egregij ſignum Ionæ præ nobile vatis,
Dixerat, & turbæ ſceleratæ tergora vertit
Diſcipuli dederant plenos iam claßibus auſtros
Ecce animos ſubijt Cereris cum cura relictæ,
Magnus at his heros ſoluebat vocibus ora:
O ſocij fugite imprimis Phariſaica & vna
Sadducæorum fermenta, id ſedulus hortor.
Illi autem tacito voluebant pectore ſecum
En Cererem hic forſan didicit iam protinus eſſe
Neglectam: contra hos verbis caſtigat amicis
Chriſtus, & ò inquit ſacris fiducia rebus
Parua quibus ſemper: quid vos Cerealia torquent
Munera: nil vnquam ſapitis? nil diſcitis vnquã?
Nonne animo panes vos quinq; reuoluitis? anne
Millia quinq; virum & cophinos perpẽditis õnes?
Nonne itidem ſubeunt ſeptem inter millia panes
Bis duo? non ſubeunt cophini corbesq́; referti?
Non datur ergo animis verum dinoſcere veſtris
Haud Cereris me cura premit: fermenta cauete
Hortor ego inprimis Phariſaica ſedulus omnes.
Iam demum ſapiunt, iam non fugiendaq́; diſcũt,
Frugiferasúe dapes, Cereris vel munera flauæ,
Dogmata, ſed potius magnum Phariſaica vatem

Biſſenis fugienda ſuis dixiſſe miniſtris
  Hinc iter ingreſſus Chriſtus contendit ad oras
Hîc vbi Cæſareæ ſtant mœnia celſa Philippi,
En ibi diſcipulos verbis ſcrutatur amicis:
Hactenus hauſiſtis quæ veſtris auribus, iſta
Pandite nunc iterum ſocij mihi virgine natum
Quo caſta reputant numero? quo nomine porro
Mœnia dignantur ſobolem tot viſa Tonantis?
Mutua contra illi, (nec enim quis falſa profatus)
Verba dabant: Sunt qui perhibēt te nomine vatē
Qui ſacris homines toties luſtrauit in vndis
Multi etiam Eliam, Ieremiam nomine multi
Te referunt, vatum vel te de gente ſacrorum
Haud dubiè miſſum populo, plebiq́ꝫ Iehudæ.
At vos Chriſtus ait: quem me reputatis: & ecce
Magniloquis Petrus ſoluit ſua vocibus ora:
Tuq́ꝫ, ait, æterni patris indubitata propago es,
Quam vates venturam orbi cecinere priores.
Tunc heros: nimium felix, nimiumq́ꝫ beatus
Es vere Simon, retulit, generatus Iona,
Hoc tibi non mundus, tua non prudentia, verùm
Altitonans claro tibi rex reſerauit olympo
Atqꝫ ego, tu contra Petrus es, tibi profero, petra
Hac ſuper & condam populum gentemq́ꝫ beatam
Mugiat vſqꝫ licet, totus rumpatur auernus

Tartarea & coeant in ſe agmina, magna laceſſant
Aſtra poli licet, haud vnquam victricibus armis
Hanc gentē infringent, nullo certamine vincent.
Et tu præterea claris dotabere donis,
Ipſe ego te terræ faciam cœliq; potentem
Hic quodcunq; ſacris vinclis conſtrinxeris, illud
Conſtrictum in Superum ſemper durabit & aula
Solueris hic quodcunq; domo omnipotētis olympi
Quippe ſolutū erit: hinc ne quiſquā eliminet eſſe
Se patris æterni ſobolem, cauet ille monendo.
Et iam tempus erat cum non reticenda putabat
Vlterius charis, tot flagra, crucemq; miniſtris
Reſtabant Solymæ, prope quæ ſubeunda, quibusq;
Inſidÿs illum, quibus illum fraudibus eſſent
Primores populi merſuri funere triſti,
Atq; iterum, caput vt mundo ter Phœbus haneſtū
Exeruiſſet, eum vitales luminis auras
Hauſturum: ſenior Petrus hæc contra edidit ore
Attonitus nouitate rei: non ipſe ſalutis
Eſto tuæ ingratus, non hæc te vulnera reſtant
Si modo: ſed Petrum verbis caſtigat amaris
Chriſtus, et hinc apage te mox, ait, improbe Dæmō
Namq; meum turbas pectus, cœleſtia neſcis,
Sunt ea quæ vano loqueris confinia mundo.
Inde refert, paribus mecum veſtigia curis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Figere quem iuuat, hic ſeſe prius abneget ipſum,
Inponatq́; humeris curarum pondera mœſtis,
Et mecum paribus figat veſtigia curis.
Quiſquis enim magno vitalis flagrat amore
Lucis, eum ad lethum ſubitò ſua fata vocabunt.
Quiſquis at econtrà vitalis lucis amorem
Exuit, egregiè me propter, luminis auras
Siderei carpet: nonne hoc ignobile lucrum
Et penitus deteſtandum, ſi forte quis omnem
Imperio premeret mundum, & ditione teneret,
Aſt anima horrendũ properaret truſa ſub Orcum
Illius, aut precio quonam reuocabit ab orco
O animam penitus miſeram penitusq́; gemendã.
Olim tempus erit gnatus deſcendet olympo
Cum patris æterni aligera ſtipante caterua,
Ille pari, meritis pro cunctis, lance rependet
Aſtra pijs, reprobis donabit tartara, verè
Vera loquor, veſtrum ſunt qui formidine lethi
Haud terrebuntur, donec ſub nubibus altis
Aduentare ſatum luſtrabunt virgine caſta.
Caput 17 Iamq́; vbi bis nitido ter Titan lumine terras
Luſtrarat, ſocios numero tres legit ab omni
Petrum & Iacobum, Ianum fratremq́; Iacobi:
His ſecum ſocijs montem contendit in altum,
Atq́; illum rutilo veſtitum lumine cœli

Induit

Induit aſtrigeræ rex magnus honoribus, aulæ,
Ecce repente illic rutilantis lampadis inſtar,
Illius emicuit vultus, ſed candida veſtis
Diffulſit dio ſub corpore luminis inſtar.
En iterum, duo mox Proceres, (mirabile viſu)
Legifer & vates, & ſe ſanctißimus vnà
Elias, Chriſto ſtatuere in montibus altis,
Et ſacra magniloquis ſoluerunt vocibus ora:
Petrus at attonitus rerum nouitate, profatur:
Hæc loca ſunt iucũda nimis, ſunt Theſſala tempe
Hic tria ſi fuerit viſum domicilia, ſancte
Chriſte tibi volumus, poſitis nos condere tectis,
Vnum Chriſte tibi, vati ſed deinde ſecundum
Legifero, Eliæ, poſtremum; Talia Petrus
Vix erat effatus, cælo cum fulgur ab alto
Ecce ruit, nubesq́; heröem lucida veſtit
Protinus horrendum auditu, mirabile viſu
Nubibus ex nitidis vox perſonat alta Tonantis
Filius hic meus eſt dulcißimus, hæc mea proles
Exoptata mihi multum eſt, mea vita, meum cor
Hunc audite omnes & ſacra capeßite iuſſa
Illius, inſonuit cæleſtis vt auribus autem
Clangor, humum vultu petiere, & pectore prono
Attoniti incubuere ſolo: quos maximus heros
Apprendens dextra ſomno lethoq́; ſepultis

Aſsimiles, iuſsit cœli conuexa tueri
Ponite corde metum, & tellure aſſurgite dixit
Illi vbi quamprimum luſtrarunt ſidera cœli
Nullum in conſpectu, Chriſtum creuere ſed almũ,
Heroa inſignem: legerent de montibus altis
Cum iam rurſus iter. ſocios ſic fatur ad omnes:
Obuia quæ veſtris ſocij luſtraſtis ocellis
Non reſerate vlli, donec ſata virgine proles
Funere multata, huc rediuiuas rurſus in auras
Prodibit, nece deuicta victricibus armis.
At chari inſtabant dictis & voce miniſtri
Dic igitur perhibet quidnam Phariſaica turba
Venturum prius Eliam, quam miſſus ab alto
Aethere deſcendat cœleſtis patris alumnus?
Chriſtus adhæc: verè mittetur maximus orbi
Elias, qui cuncta prius in priſtina reddet
Ipſe ſed Eliam teſtor veniſſe, nec illum
Infidos didiciſſe, illi intentaſſe Tyrannos
Omnia pro libitu: æterni ſic patris alumnum
Opprobrio, & triſti multabunt funere tandem
Tunc animis redijt tandem lux clara, ſacrumq́;
Agnouere Deum, vatem reputaſſe tot olim
Qui ſacro populos ritu luſtrarat in vndis.
Ventũ erat ad populos, & lectas vndiq; turmas
Ecce ibi ter magnis curarum fluctibus actus
Vir mi-

Vir miſer incubuit telluri, & poplite flexo
Ante Deum, querulis ſoluens his vocibus ora
Chriſte mei miſerere precor ſanctiſsime nati,
Nanq; graui afflictus morbo, nunc verbere crebro
Pulſat humum, & ſpumas toto ruit ore minaces,
Sæpeq; vulcanum in medium reſupinus, in vndas
Sæpius ingenti prolabitur impete pulſus,
Bis ſenis illum exhibui prius ipſe miniſtris
Chriſte ſed haud quicquã Procerũ medicina tuorũ
Profuit huic miſero: contra ſed talibus heros:
Non pudet ò nunquam ſapientum nomine digni
Vſq; adeo ſacris penitus diffidere rebus,
Aut ego quid fruſtra veſtris obuerſor ocellis
Signaq; tot ſignis ſemper renouantibus addo,
Aut nihil eſt oculis coram mea prendere facta
Vos ego: ſed triſtes præſtat ſanare dolores
Huc agite huc afferte mihi, quẽ mẽbra Tyrannus
Diſcrutiat ſtygius: nec iam mora longior ore
Increpat horrendum cum Regem Chriſtus auerni
Extemplo fugit ille, loca & petit impete vaſto
Sulphure fœcunda, atq; picem redolentia nigrã.
Et iuueni ſaluæ redeunt in corpora vires
Immuniſq; ſui incedit iam tramite morbi,
Bis ſeni aſt illum Proceres affarier orſi
Iam ſoli ſolum, refer hoc, cur nemo fugare

Hunc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Hunc noſtrum potuit, ſine te, de ſede Tyrannum?
Vos quia, Chriſtus ait, Superis diffiditis, atq;
Non bene muniti magnos impellitis aſtus
Dæmonis: ipſa fides ſi grani veſtra ſinapis
Inſtar erit ſaltem; tunc dicite montibus altis
Surgite, & hinc alias ſubitò contendite ad oras,
Nec mora diſcedent properè et præcepta capeſſent
Sic fidei veſtræ ſic votis omnia cedent,
Non autē hi precibus niſi ſacris dæmones vnquā
Sedibus humanis pelluntur, & arte fugantur.
Magnanimus Chriſtus Galilææ vt vixit in oris,
Multa ſuis cecinit prope iam ventura miniſtris,
Vt patris æterni ſoboles veriſsima triſti
Funere multanda heu eſſet mortalibus ægris.
Attamen vt propria rurſum virtute ſepulchro
Ter nitida vt Phœbus luſtrarit lampade terras
Diſceſſura ſiet ſuperas rediuiua ſub auras,
Dixerat: illi omnes curis ingentibus ægri
Funera deflebant triſti confinia letho.
Iamq; vbi peruentū fuerat Capernaū ad vrbē,
Exacturi ibant huc recto tramite cenſum
Proximus hic vbi Petrus erat: quem talibus orſi:
En age non ſolitum numerat modo dicite cenſum
Veſter herus? numerat Petrus reſpondet, & intro
Contulit his ſe, quem prior his affatus Ieſus:

Petre refer, tibi quæ potior ſententia viſa eſt
A quibus exigitur cenſus vel in orbe tributum
Regibus, à proprijs nunquid mihi dicito gnatis?
Aut ab ijs peregrè veniunt qui forte, per oras
Tendentes varias, ab ijs dat mutua contra
Verba Petrus, peregrè veniunt qui forte per oras.
Ergo ait immunes gnati ſunt Petre tributi.
Ne tamen eueniat ſcelerata laceſſere corda,
I mare quo primum collidit littora motu,
Exerito atq; illic fallacem protinus hamum
Primus quiq; vnco piſcis captabitur hamo,
Illius effringas gelidum caput, exime nummum
Argento ex ſolido fuſum, tu deinde Staterem
Et preciũ numeres vtriuſq; hũc nomine nummũ.
Bis ſeni hoc Proceres affati tempore Chriſtum: caput 18
En quis in ætherea reputatur maximus aula
Pandito diſcipulis; contra ſanctiſsimus heros
Iam puerro teneris & adhuc creſcentibus annis
Innuit & iubet vt recto ad ſe tramite tendat,
Hinc medio ſocios inter locat ille puellum,
Et quis ait puerum induerit non pectore talem
Demiſſo, veſtrũ haudquaquã omnipotẽtis Olympi
Regna petet: ſi quis talem ſed ſponte puellum
Corde humili induerit, cælo eſt hic maximus alto
Talem quiq; meo puerum ſub nomine iuſtus
Excipit,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Excipit, hic meipſum fouet, et me ſuſcipit ipſum,
Quiſquis at offenſum de his reddit forte puſillis,
Quorum fixa fides in me haud dubitabilis hæret
Huic longe melius foret & magis vtile, ſaxum
Grande gulæ illius aſſtrictũ vt penderet, et ipſum
Abſorptum medio raperet ſæuiſsimus aluo
Pontus, & hunc vaſta ſine fine voragine ventris
Conderet, ad ſuperas nũquã inde remitteret auras
Væ mundo immũdo ſcelerata ob crimina, ſemper
Hîc quibus offendit miſeros, teneroſq; puſillos.
Attamen haud vnquam ceſſabunt crimina dira,
Dira pios, ſanctoſq; hîc irritantia ſemper.
Væ homini cuius cor talia crimina patrat.
Noxia ſi manuum fuerit tibi dextera, planta
Altera ſi mentem irritat. mox enſe reciſam
Abijce nanq; vno priuatum ſidera membro
Præſtat adire, manus quam binas, binaq; crura
Tartareum deferre lacum, ſi forte pupilla
Prouocat ad ſcelera, effoſſam mox abijce, nanq;
Vnoculum præſtat ſedes habitare beatas,
Lumine quam ſtygias vtroq; ſubire paludes.
Cura ſit hæc vobis ò alta mente repoſta
Lædere non minimos, non irritare puſillos,
Verè ego vera loquor cæli de gente miniſtri
Aligeri, illorum quibus hîc eſt cura, parentem

Perpetuò æthereum luſtrant, ſemperq́; tuentur.
Omnipotentis enim patris id deſcendit olympo
Gnatus vt æterna ſemper ſub nocte ſedentes
Sedibus inferret nitidis, cæloq́; beato.
Si quis oues centū in viridi fors paſceret agro,
Vel propria totidem premeret ditione, quid vnam
Deuia ſi raperet: numerum non protinus omnem
Errantem mittit per ſumma cacumina montis,
Sedulus & ſectatur ouem, quæ paßibus errat
Huc illuc dubijs, & ſi fortuna fauebit
Balantem vt cernat ſummis in montiuus agnū,
Ilicet hæc illi maiori viſcera plauſu
Implet ouis, quam ſors Domino iā reddidit, omnis
Quam grex balantum virides qui tondet agellos
Lætus & huc, illuc ſummis in montibus errat.
Haud aliter pater omnipotens dolet æthere in alto
De miſeris vnum miſerè perijſſe puſillis.
Si tuus at quicquam frater deliquerit, illum
Admoneas cautè, & verbis tu ſolus amicis
Caſtiges, tua ſi fuerit præcepta ſequutus,
Illius ipſe animam magnum tibi ponito lucrum,
Sin minus admonitus ſceleratis auribus haurit
Dicta tua, & leuibus præcepta dat omnia ventis
Tres teſtes ſociato tibi, vel iungito binos
Congruat vt melius ſacris ſententia ſcriptis,

Ex tri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Ex tribus, aut binis ſententia dicta patebit
Teſtibus: hos iterum minimè ſi friuolus audit,
Tūc reprobū tu exclude virū, fac cœtus id omnis
Sentiat æterni cui ſunt pia dogmata curæ
Patris, & hunc petulans cœtum ſi reſpuit, ille
Impius à toto cenſebitur æthnicus orbe.
Vera loquor firmus quæcūq; hîc crimina vinclis
Strinxeritis, cœlo hæc eadē quoq; vincta manebūt
Solueritis quæcunq; autem ſcelera impia mundo,
Hæc eadem Superum mox extinguentur in aula.
Si duo præterea celſo quod munus olympo
Vnanimes poſcent, non irrita vota redibunt,
Munus id è ſupera dabitur poſcentibus arce,
Nanq; vbicunq; duo, vel tres ſub nomine noſtro
Collecti, in medio illorum ſum tertius ipſe.
Petrus at è contra ſemper ſermone paratus
His Chriſtum affatur dictis: refer alme magiſter
Fas quoties fuerit veniam concedere fratri
In me qui cumulat toties ſcelera impia fœdus.
Septenis quid ſi vicibus delicta remitto?
Chriſtus adhæc: nō Petre vices, numerūue requiro
Septenum, numerum potius duplicaueris iſtum,
Septenis vicibus annectens ſeptuaginta,
Delicto veniam toties dabis ipſe petentis.
Ergò Duci ſimilis magno eſt domus ætheris alti

Qui

Qui rationem iniens, concredita munera ſeruis
Tempore ſublapſo exegit, iamq; ordine primo
Millia fortè decem librarum debitor olim
A Domino abſtulerat qui, mox datur obuius illi,
Aſt vbi non tantum argenti, rutiliq; metalli
Arca viri premeret, miſer vt tot millia Regi
Solueret, ingenti rex iræ accenditur aſtu,
Et ſeruum, nuptamq;, & triſtia pignora ſerui,
Et quæ præterea reſtabat parua ſupellex,
Omnia in argentum conflare, & ſoluere iuſſit
Debita, Tunc terræ incubuit vultu ante potentis
Ora viri, & veniam petijt mox poplite flexo,
Hinc querulis ſoluens trepidantia vocibus ora,
Rex ait, ipſe mei rogo te miſerere, moramq;
Differ, et extremũ referes (mihi credito) nummũ.
Nobile mox Regis tetigit miſeratio pectus,
Et faciles cœpit generoſo in pectore motus,
Cuncta, decem ſeruo nummorũ millia quamuis
Concedit, vinctoq; iubet poſt vincula ſeruo
Laxari, nummumq; decem dat millia gratis.
  Seruus at econtrà Regis digreſſus ab aula,
Forte ſatellitij ſocium luſtrauit euntem
Ipſe ſui, centum nummos conceſſerat olim
Cui forte, & ſubitò torto illum gutture adortus,
Solue, ait, & centũ iam iam mihi reddito nummos

Quid faceret? veniam curuato poplite poſcit,
Differ ait, te quæſo, moram, tibiq́; omnia promto
Poſt animo reddam deerit non nummulus vnus,
Qui veniam tulit hic veniam concedere neſcit,
Protinus at vinclis ſeruum conſtringit amaris,
Carceris atq; imis hunc condit deinde latebris,
Redderet extremum donec ſub carcere nummū.
At tantum reliqui ſcelus vt videre ſodales
Mox cunctorum animis ingens violentia gliſcit,
Omniaq́; hæc Domino referunt, hic protinus ira
Aeſtuat ingenti, ſeruumq́; accerſere mandat,
Quem vultu intuitus toruo, turpiſsime nequam
Dixit, an ipſe tibi tam grandia debita gratis
Non condonaui querulas dum pectore voces
Efferres? non par fuerat, qui præfuit ijſdem
Officijs tecum mæſto quoq; parcere ſeruo,
Ipſe tui veluti nimium bonus ante miſertus,
Dixerat, ingenti rurſumq́; exæſtuat ira,
Carnificumq́; gregi, & ſæuis tortoribus illum
Tradit, ad extremū quo ſolueret omnia nummū.
Haud aliter pater omnipotens, Rex ætheris alti
Cuncta pari rurſum vobis quoq; lance rependet,
Si veniam veſtris dabitis non fratribus vltro.
caput 19 Hæc vbi finierat Galilæis Chriſtus ab oris
Ceſsit & irriguas venit Iordanis ad vndas

Trans

Trans mare, multæ illum turbæ, multæq́; cohortes
Stipabant, & erant multi quibus ægra lababant
Mēbra, bonus medica quæ in priſtina reddidit ar-
Arte quidē medica, Phœbiq́; potentibus herbis (te
Quas ſolum medicus ſacro carpebat ab ore.
Inſtitit hinc vario Phariſaica turba cothurno,
Atq; his aggreſſa eſt patris cœleſtis alumnum:
Dic age conceſſumne putas vel iure probatur
Hoc tibi? fortè tuæ vel quæ ſententia menti
Stat refer? vt propriam quali quis nomine cunq;
Segreget à ſeſe nuptam: Quos talibus heros
Excepit contrà: non ſacra volumina vatum
Hauſiſtis? qui terræ hominem de puluere fecit,
Condidit Adamum, nuptamq́; & condidit Euā,
Magnus & hæc verbis regalibus addidit heros:
Ergo vir adiunget ſe nuptæ, & vtrumq; parentē
Deſeret, ac ambo degent hi carne ſub vna,
Vlterius duo non igitur reputantur, at vnum.
Iam quos carne Deus ſummus ſociauit in vna,
Non homo diſiunget, neq; diſſociabit eoſdem.
Illi autem contra leges, & iura tuentur
Legiferi vatis: dic cur lex lata repugnat
Iuſſis egò tuis quam vates legifer olim
Fixit, vt eiectæ detur mordo littera nuptæ,
Teſtis vt ipſa probet toti diuortia genti.

Chriſtus adhæc : vates tantum diuortia vobis
Legifer admiſit veſtra ob ſcelera impia, ſemper
Cordeq; quod lateat veſtro marpeſia cautes
Nunquam mollitiem admittat quæ ferrea iuſtā.
Non ita connubij cum primi vincula prima
Sancijt omnipotens, cautum fuit, vna ſed vni
Nupta viro hæreret ventura in ſæcula coniunx.
Ipſe ego nunc alias figoq;, & ſancio leges,
Hic quiſquis propriā (niſi fors ſit adultera) nuptā
Liquerit, atq; alias tædas, aliosq; hymenæos
Quæſierit, caſti fœdauit fulcra cubilis,
Improbus atq; decus caſti violauit amoris.
Quiſquis at expulſam iungit ſibi fœdere nuptam
Legitimo, caſtum dudum violauit amorem.
  Biſſeni at Proceres turbati talibus hauſtis
Fœmina, virq; iſta ſi conditione tenentur
Mox referunt: Eſt ſacra thori res ardua caſti
Vincla ſubire, grauis res eſt, & plena periclis.
Talibus at Chriſtus contra: non omnibus illud
Et datur haurire, & perfectè diſcere dictum.
Sunt alij caſtrati equidem genitricis in aluo:
Sunt alij Eunuchi digitis, atq; arte magiſtra.
Redditi: & hinc alij rutilantem propter olympū,
Abiecere vagos hic ſponte cupidinis ignes.
Qui potis eſt ſapiat mea dicta, eademq; reponat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Hinc multi infantes Chriſto puerosq́ tulere.
Vt digitos teneris imponeret artubus almos,
Et ſuper hos votis oneraret ſidera cœli.
At ſocij nouitate rei indignantur, & omnes
Longè arcent, multa & proſcindũt voce parẽtes:
Non tulit hoc Chriſtus, verbis caſtigat amicis
At ſocios, tenerosq́ refert, miſerosq́ puellos
Mittite, nec prohibete aditu, nanq́ ætheris alti
His patet aula, manent hos cœli regna beati.
Dixerat, & digitis tetigit pucrilia membra.

Hinc alias heros ſubitò contendit ad oras.
En ibi prima genas veſtibat flore iuuenta
Cui iuuenis, Chriſtum eſt verbis aggreſſus amicis:
Dic bone præceptor ſacra quæ mandata capeſſam
Hæres aërij vt creer indubitatus olympi?
Cui Chriſtus: cur ipſe bonum me dicis? in alto
Aethere qui viuit ſolus bonus extat, & eſt hic.
Sed ſi cura premit rutilæ te forſitan aulæ,
Excipe mandata & Diuum præcepta capeſſe.
Quæ præcepta putas, ait. at cuncta ordine Chriſtus
Dinumerat: triſti multabis funere nullum:
Alterius caueas fulcrum temerare cubilis:
Tu nulli inſidijs, nulli inſidiabere furtis:
Nil vnquam malè mendaci teſtaberis ore:
Altoresq́ tuo merito venereris honore:

Atq; alios vt te tu dulci ardebis amore:
Ille ſed econtrà magnis præcepta capeſsi
Hæc ſemper ſtudijs vſq; à iuuenilibus annis.
Dic age præterea quidnam mihi reſtat agendum?
Si cupis eſſe pius, ſi vis perfectus haberi
Chriſtus ait, quæcunq; tua eſt, et quanta ſupellex,
Gazaq́; nobilibus gemmis, & murice plena
Inſeruit tibi quæ, nummis mutetur & ære,
Atq; huc, atq; illuc inopum caua tecta ſubito,
Argentumq́; omne hos demũ conſumito in vſus,
Rurſus in aërea & gazam lucraberis aula.
Me pius hinc ſequere: at curis ingentibus æger
Mox iuuenis Chriſtum relliquit talibus hauſtis.
Nam iuuenis ſiquidem pictai veſtis & auri.
Diues erat, diues poſitis in fœnore nummis.
Magnus at his ſocios affatur vocibus heros:
Non facilè aëreas ſedes, nec diues olympum
Occupat, & citius magnum penetrare Camelum
Poſſe foramen acus, teſtor, quam diues olympum
Poſsideat, quibus auditis, metus ingruit acer
Diſcipulis, quis erit, referunt tunc Chriſte beatus?
Quos bonos intuitus, verbis dignatur amicis:
Res grauis eſt equidem factu mortalibus ægris,
Non caret effectu at quod Rex cupit ætheris alti
Et Superis infecta quidem, iam facta videntur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

At Petrus heroa his verbis compellat, et inquit:
Nomine Chriſte tuo res nos neglexims omnes,
Teq́ꝫ vnum intuiti, per mille pericula vitæ
Teq́ꝫ ſequuti vnum, comites huc hæſimus vſqꝫ,
Non vllos puduit, ſub te tolerare labores.
Præmia dic igitur quæ nos, quæ dona manebunt?
Chriſtus ad hæc contra: vos ò mea viſcera fratres
Qui me ſpontè animis, dia & virtute ſequuti
Eſtis, & hæſiſtis comites, chariq́ꝫ ſodales.
Patre Deo genitus ſolio cum nixus eburno
Nubibus in nitidis ſubuectus venerit, vnà
Bis ſex vos ſolijs Proceres regalibus omnes
Enixi, bis iudicio ſex ſtemmata terræ
Nempe palæſtinæ veſtro expendetis, & illis
Præmia pro meritis dabitis, pro crimine pœnas.
Quiſquis erit noſtri dulci qui flagret amore,
Vt ſua ſponte ſua linquat domicilia, fratres,
Germanas. dulces genitores, & mage dulces
Filiolos dulci cum coniuge, nomine noſtro,
Centeno ſiquidem cumulata hæc fœnore rurſum
Auferet, & cæli aſtrigeram venabitur aulam.
Multi autem primo properant qui tramite, ſeri
Tramite poſtremò gradientur, tramite ſeri
Poſtremo rurſum properabunt tramite primo. caput 20
En benè conueniũt, ſimili & ratione feruntur

Siderea aula poli, ſimul & iuſtiſsimus hoſpes.
Liquerat vt croceum Thitona cubile marito
Qui laribus properans exibat, vt indagaret
Qui benè maturi ſpumantia dona Lyæi
Tractarent, grauidos meterent & falce racemos,
Iamq; viris precium poſtquam prædixerat, hoſpes
Et fuerat nummo pactus in quoſlibet, vno
Soles, ite viri dixit quo vinea ducit:
Tertia vt aerijs ſonitum ſub turribus hora
Iam dederat ſolito rurſum hoſpes more, ſecundo
Exceſsit laribus, longoq; hîc tempore vidit
Otia tractantes: & quo via ducit ad hortum
Ite, viris dixit, dabitur iuſtiſsima merces.
Nec mora diſceſſere viri: iam ſexta viciſsim
Nonaq; ſub celſis ſonuerunt turribus hora,
Rurſus idem officium quibus otia longa manebãt
Præſtitit: vndena vt ſonitum dedit hora, viciſsim
Ad fora poſtremò contendit greſsibus hoſpes,
Ignauosq; viros offendit, & otia dixit
Tanta iuuant animos? totum conſumere Phœbũ
Torpore an decet ignauo? quem talibus illi:
Nemo operas petijt noſtras, & nemo laborem
Frugiferos hominum noſtrum explorauit in vſus.
Tendite vbi ſurgit vos & mea vinea dixit
Et merces dabitur veſtro poſt digna labore.

Phœbus ad Heſperias feſſus deflexerat vndas,
Hoſpes vt hæc retulit Præfecto: accerſito cunctos
Queîs grauis incubuit ſpumantis cura Lyæi,
Et precium refer addictũ, nec neglige quenquã,
Seu fuerit primus, fuerit ſiue vltimus ille,
Ille quidem precium, & mercedẽ portet eandem.
Iamq; viri venere quibus primum hora laborem
Cœperat vndena, & dictumq; à Præſide nummũ
Quilibet excepit: rurſum verſo ordine primi
Succeſſere quibus labor ingens, æſtus & ignis
Ingruerant, donec ſero ſe veſper olympo
Poneret: illi equidem iam ſpe tolerata leuabant,
Spondebantq; animis maiora hinc præmia falſis
Augurijs, nummum excepit nam quilibet vnum.
Indoluere viri, tacitæ & non amplius iræ
Signa dabant: Dominũ at vitijs, et voce laceſſunt
Vinea cuius erat, ſoluentes talibus ora:
Vnius incubuit labor his vix ſedulus horæ,
Et quo iure pares nobis hos reddere es auſus?
Queîs labor incubuit, læſit quos æſtus & ignis,
Pondera labentis quos oppreſſere diei:
Hoſpes at econtrà hæc conmotis reddidit, vni
Atq; ea, qui voce ante alios petulantior omnes
Vſus erat, placidè retulit: mercedis amice
Parte ego te nulla fraudo, dic nuncquid es vno

Non mecum pactus nummo? quin aufer id ipſum
Eſt quod iure tuum, atqꝫ his te citus aufer ab oris,
Ipſe meo nil iure minus promtiſsimus vtar,
Poſtremusq́ꝫ tibi mercede æquabitur, anne
Fas mihi res proprias in quos largirier vſus
Me iuuat? an malè fers animũ, pectusq́ꝫ benignũ?
Sic ſeri primi, primi verſo ordine ſeri
Semper erunt: Turbæ ingentes ſunt nanqꝫ vocatæ,
Attamen electus de tot vix millibus vnus.
Hinc gradibus Solymã Chriſtus contẽdit ad vr-
Et ſecum comites bis ſex habet ille miniſtros, (bẽ,
Quos ita curarum, alloquitur, dum fluctuat æſtu:
Ecce iter ad Solymæ vrgemus iam mœnia celſæ,
Et Procerum primis caſta ſata virgine proles
Funere multanda obÿcitur, qui crimina fingent,
Multa quidem falſo, vt poſsint abſumere letho
Patre Deo genitũ, hinc vinctis poſt tergora palmis
Carnificum tradent turbæ, ludibria, flagra
Perferet, & tandem cruce diſtendetur in alta,
Atqꝫ vbi ter Titan toti ſua lumina mundo
Præbuit, hic tumuli rurſum prorumpet ab ore.
Caſta Zebedæi coniunx hinc poplite flexo
Prole ſimul gemina terræ incumbente, rogabat
Heroem: ille bonus tibi vis quid fœmina dixit?
Quæ contrà precor hoc vnum concede roganti,

Iam cum tempus erit cum maieſtate tremenda
Regna tui patris, & nitidum ingredieris olympū.
Cingat vtrumq; latus ſoboles tibi noſtra, ſiniſtrū
Hæc latus vt claudat, ſed veſtiat altera dextrum.
Chriſtus at econtrà placidas dedit ore loquelas:
Nota minus petitis, mēs neſcit, lingua quid optet,
Num poclum hoc vnà mecum libare poteſtis,
Quod propè iā reſtat nimiū mihi triſte bibendū?
Nunquid & his itidem poſtis luſtrarier vndis,
Quoq; ego luſtrabor modo iam baptiſmate poſtis
Luſtrari? hi ſubitò affirmant: tunc talibus orſus
Chriſtus ait. Siquidem mecum cratera bibetis,
Imbuet atq; meum quoq; vos baptiſma, Supremus
Sed dextrum, læuumq́; latus, pater ætheris alti
Cingere, non ego, concedet, cui, deinde libebit.
Talia vt hauſerunt ſociȷ́, dolor oſsibus ingens
Arſit, & hinc ſubȷ́t magna indignatio mentes,
Præ reliquis efferre caput mage nobile fratres.
Quos placidè Chriſtus verbis demulcet amicis,
Atq; ait hîc quibus eſt ſceptri veneranda poteſtas
Conceſſa, hi multos magna ditione prementes
Imperitant latè, non vos amor vrgeat vllus
Geſtandi faſces, cupit at qui maximus eſſe
Hic reliquos omnes mittat ſeſe infimus infra,
Primatum quicunq; petit, mox munia Serui

Hic obeat: patris æterni vt certiſsima proles
Nulla miniſteria expoſcit, ſed ſponte miniſtrat,
Pluribus amiſſam & moriendo reſtituit rem.
Iamq; vbi palmoſæ ſimul Hyerichontis ab vrbe
Auertere viam, multa ſtipante caterua
Ecce viam duo priuati qui ponè ſedebant
Luminibus, poſtquam iam cæcis dulce per aures
Nomen ijt Chriſti, ingentes de pectore voces
Extendere viri: Gnate indubitate Dauidis
O noſtrûm miſerere precor, miſerere precantum.
Turba minis prohibet clamores, ſed magis illi
Clamorem extendunt, volat alto pectore nomen
Chriſte tuum, reſonant clamoribus ardua cœli
Sidera: Gnate Dauid bonus ò miſerere precantũ.
Non tulit vlterius carmen miſerabile Chriſtus
Subſtitit, & quid ait votis expoſcitis? illi
Lumina reſpondent: ſanctum miſeratio pectus
Mox tetigit, nitidoſq; viris ſuffecit ocellos,
Nec mora ſiderei cœli conuexa tuentur
Et paribus Chriſtus gradientem paſsibus æquant.
caput 21 Iamq; propinquabant Solymorũ vt mœnibus al-
Et monti ſuccedebant viridantis oliuæ, (tis
Betphage vbi ſurgit ſudantibus vndiq; mella
Arboribus, binos legauit iuſſa ferentes
Ex ſocijs, quibus ite refert, quo proxima ducit

Ad vicum via, mox aſinam pullumq́; recenti
Enixum partu, vico prendetis in iſto,
Soluite frena, mihi & cũ mula huc ducite pullũ,
Si quis erit cauſam qui fors quæſiuerit, illi
Indiget his dominus vos reſpondete parati.
Nec mora dimittet mulam vir ſponte iugalem,
Sic fore nam ſacri cecinerunt carmina vatis,
Nuncia formoſæ placidiſsima ferte Zionis
Filiolæ, vehitur pando rex mitis aſello
Ecce tuus, pullumq́; aſinæ premit ille iugalis.
Sacra capeſſerunt Chriſti mandata miniſtri
Atq; aſinam, pullumq́; vnà adduxere iugalem,
Impoſita ornarunt & mulæ tergora veſte,
Atq; humili magnum regem impoſuere Caballo.
Multi autem proceresq́; pij, iuuenesq́; decori
Omnia veſtitu replebant compita, multi
Cædebant virides ramos de quercubus altis
Atq; iter huc illuc cingebant frondibus omne.
Innumeræ vero turmæ, innumeræq́; cohortes
Et quæ præceſſere Ducem, & quæ deinde ſequutæ
Carmina fundebant ſummo reſonantia cœlo
Gloria, laus, decus, ò decus ò laus, gloria Regi
Summa nouo, & ſoboli ventura in ſecla Dauidis
Sit maneatq́;, omni ſemper ſit diues honore
Nomine qui Superũ, et venit omnipotẽtis olympi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Summe noui genitor regis tu cœpta ſecundes
Iam de parte tones dextra, & cœleſtibus auſis
Annue, ſit Soboli decus & laus ſumma Dauidis.
  Iam Solymã inuehitur Rex ò placidiſſimus vrbẽ
Quadrupedante: omnis monſtris ingentibus ecce
Vrbs ſubitò velut impleta, atq; oppreſſa tremiſcit,
Quis nouus hic noſtræ rex inquit mœnibus vrbis
Succeſſit, populus gratanti denotat ore
Acceſſiſſe ſacrum Nazaræ huc vrbis alumnum,
Magniloquum vatem, & gnatũ Dauidis Ieſum.
  Sacrorum hinc ſtudio cœleſtis concitus heros
Tecta ſacrata petens, magna mox proruit ira
Eiecitq; viros ſacra commotus ab æde,
Et tortis ſonuere virum caua tergora loris
Qui precio res mutabant, quiq; ære repoſto
Extruſas iterum hoc capiebant nomine merces,
Hinc loca turbauit merci lucroq; dicata
Et ſedes, menſasq; vno mox impete cunctas
Euertit, ſimul hæc referens hoc prouida quondã
Pectora ſacrorum cecinerunt carmine vatum
Sit ſacrata pijs domus hæc ſanctiſſima votis.
O vere ſcelerata cohors, quam fana profana
Reddere non puduit, votis addicta piorum
Quamq; nefandorum ſpeluncam tecta latronum
Efficere haud piguit: cunctis poſt lumine captis

Reſtituit

Reſtituit viſum, & claudis qui templa ſubibant
Reddidit hic iterum optatum per mēbra vigorem.
Primores verò vt procerum præluſtria magni
Facta viri videre, ſimul puerilia paſſim
Carmina vt hauſerunt, ingens dolor oſſibus arſit
Corripuere ſacrum ſcelerato & pectore vatem,
Carmina dixerunt nunquid puerilia, ſacris
Vndiq; non hauris latè reſonantia tectis?
Quos pius excepit contra mox talibus heros
Hæc ijt an nunquam ſententia ſacra per aures?
A pueris & adhuc lactentibus vbera matrum
Et qui balbutiunt, atq; imperfecta profantur
Verba, ſacro ſiquidē celebrabere carmine, laudes
Hi tibi cantabunt, atq; hi præconia dicent.
Dixerat, atq; iterum Solymorum mœnia liquit
Bethaniam & recto ſe tramite contulit, illic
Humida fulgeret dum cœlo luna, moratur.
Atq; iterum primū vt croceas aurora quadrigas
Exeruit, greſſus Solymorum flexit ad vrbem
Chriſtum amor interea inuaſit non paruus edēdi.
Ergo vbi fors ficum ſacris luſtrauit ocellis
Ponè viam, magna ficum ſpe acceſſit edendi
Arbor at hæc folijs, non ficis, ſtabat opacis
Fœcunda: Ergo refert, nullis tu fructibus vnquā
Luxuries poſthac, ſubitoq; exaruit arbos.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Talia luſtrantes ſocij, miracula tanta
Suſpiciunt animis: Exaruit ocius aura
Hæc referunt arbos: quos contra talibus heros:
Vera loquor, ſi certa animis fiducia veſtris
Hæret, & ipſa fides animo non fluctuat ægro,
Non modo quæ viridi vidiſtis in arbore ſigna
Quin & iuſſeritis ſi cedere montibus altis
Vt ſeſe in mare præcipitent, mox iuſſa capeſſent
Si modo vera fides, contingent omnia votis
Omniaq́; & precibus contingent munera veſtris,
Quæ deſiderio mens fida popoſcerit vllo.
Aſt vbi iã ſoboles ſubijt ſacra tecta Tonantis
Primores procerum, dudum quibus oſsibus ingens
Arſerat ante dolor verbis heroa ſuperbis,
Sunt demũ aggreſsi: Eſt vnde hæc tibi tãta poteſtas
Dic age, vt in ſacris ſpargas tua dogmata tectis?
Chriſtus adhæc, mihi quærenti ſi mutua contra
Vos dabitis reſponſa, iterum dicam vnde poteſtas
Hæc mihi ſit data: Iohannis Baptiſmata nunquid
E terris fuerint, cælo vel nunquid ab alto
Prognata? illi autem tacito ſub pectore ſecum
Plurima voluebant, nec reſpondere parati.
Hic metus, inde pudor magnus ſurgebat: olympo
Dixerimus ſi forte alto prognata, pudore
Nos ſubitò ingenti confundet, talia iactans

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Veſtra igitur ſacro cur non ſunt pectora vati
Confiſa? è terris hæc ſi ſed forte profecta
Dixerimus, plebs tota obſtat quo libera certè
Verba minus referamus, cum nã plurima magnũ
Turba recenſebat vatem, ſic pectore planè
Ergo ſuo referunt ſe reſpondere paratos
Ad quæſita minus, nec poſſe referre lauacrum
Vnde ſit hoc ipſum: Nec ego mihi tanta poteſtas
Vnde ſit hæc referam, ſoboles ait alma Tonantis.

Porrò ait æterni ſoboles veriſsima patris:
Quid Proceres viſum eſt vobis mihi pãdite? prole
Vir gemina qui diues erat, cui vinea Baccho
Surgebat roſeo, plena & ſpumantibus vuis.
Iam genitor gnatum vitalis luminis auras
Hauſerat enixus qui primum, acceſsit, aitq́ʒ:
En age gnate, meum dulcis te confer in hortum,
Congere deciſos illic & falce racemos,
Vtribus at roſeas condas è vitibus vuas,
Ille ſed intuitus torua mox fronte parentem,
Haud faciam, retulit: paruo poſt tempore gnatũ
Pœnituit facti, & patris præcepta capeſsit.
Hinc natu minimum verbis demulcet amicis:
Chara mihi ſoboles tu iuſſa capeſſe parentis,
Collige decerptas patulis de vitibus vuas,
Vina infunde nouis pariter ſpumantia vaſis.

Dixerat, at gnatus recipit ſe ſponte parentis
Iuſſa ſequuturum qui mox tamen omnia patris
Poſthabuit mandata ſuis hoc tempore nugis.
Dicite nunc vter eſt genitoris iuſſa ſequutus?
Affirmant pariter, primum mandata ſequutum.
Chriſtus ad hæc: ego vera loquor veriſsima teſtor:
Scorta quidem, magna peccati & mole grauati
Sedibus æthereis, & ſedibus vſq; beatis
Gaudebunt prius, & certè regione beati
Hi citius vobis longè potientur olympi.
Magnanimus vobis vates quæ ſemita ad aulam
Tenderet ætheream Iohannes ore recluſit,
Scilicet at rari veſtrum, vel pectore nulli
Illius hauſerunt fido præcepta, ſed illis
Publica qui paßim iuſta, atq; iniuſta tributa
Exegere, quibus quæſitus corpore quæſtus
Scorta, ſacri ſummo ſedere in pectore vatis
Iuſſa nec allatam temerè ſpreuere ſalutem.
Obuia luminibus fuerint licet omnia veſtris,
Attamen haud vnquam vobis commiſſa piare
Crimina cura fuit, ſacro nec fidere vati.
Iamq; nouis iterum mentes aduertite dictis,
Vir fuit eximius nummis & diues & agris,
Extruit hic latum ſtudijs ingentibus hortum,
Munijt & firmis hunc vndiq; ſepibus agrum,

Et ic

Et teneras poſuit longo poſt ordine vites.
In medio monumenta horto ſed condidit vuis
Eliceret roſeis dulcem quibus ille ſaporem.
Addidit his altam tutum ſimul inſuper arcem
Præſidium, mora nec iam longior, elocat hortum
Atq; alias peregrè Dominus contendit ad oras.
Et iam tempus erat maturæ vt vitibus vuæ
Luxuriant, madidis & cum ſua tempora ſertis
Vinitor accingit, grauidos cum falce racemos
Demetit. Ergo ſuis præſes dat iuſſa miniſtris,
Vt quibus hortus erat concreditus vſq;, Lyæum
Extuſum, & vaſis turgentia vina referrent.
En ſcelerata cohors ſeruos mox corripit omnes,
Excipit hunc flagris, & coſtas verbere nudat,
Aſt illum ſubitò crudeli funere mulctat,
Tertius obruitur ſaxis ingentibus autem.
Territus his nondũ Dominus, dat iuſſa miniſtris
Pluribus, expediant vt herilia dicta, ſceleſti
Comprendere viri ſeruos ſed protinus omnes,
Atq; vnà diro merſerunt funere cunctos.
Vnicus ergò domus gnatus legatur herilis,
Talia nam Dominus reputabat pectore ſecum:
Haud dubiè gnato parcent, illumq; tremiſcent.
Et mea quæ cupio per eum mandata capeſſent.
Aſt vbi luſtrandi natum data copia herilem,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Conſilijs coeunt, furijſq; inmanibus acti,
Hunc hunc vnà omnes, referũt, nece tollite nanq;
Hic hæres propriè, ſublato hærede redibit (eſt
Huc ager, & nobis erit hic poſt proprius hortus.
Nec mora, detrudunt miſerè de montibus altis
Egregium iuuenem, & ſcelerato funere mulctãt.
Aſt vbi nunc Dominus flammanti concitus ira
Venerit, huïc turbæ referet quæ præmia? cuncti
Hæc contra fœdam crudeli morte cohortem
Interimet, dabit inde pijs ſua rura colonis,
Qui referent iuſto iucundos tempore fructus.
Talia conmemorans, dictis his perſtitit heros:
Dicite magnorum non ſacra volumina vatum
Prodere, voluiſtis? ſaxum quod turba fabrorum
Abiecit procul, hoc poſitum fundamine primo,
Eminet & longè parijs ſub poſtibus illud.
Hunc Dominus legit lapidem, poſuitq; ſupremus
Fundamen domus ipſe ſuæ, mirabile viſu.
Ergo ego vaticinor ventura incommoda vobis,
Aſtrigeri à vobis certe tranſlata propinquis
Gentibus aula poli dabitur, ſedeſq; beatas
Aethnica perpetuis habitabit turba diebus,
Suauia quæ iuſto profundet tempore dona.
Qui ſaxum ſuper hoc fors ſeſe offenderit, ille
Proruet, atq; artus effringet corporis, in quem,

Præcipitata ruet petra hæc totum illa profectò
Corpore colliſum minuet, ſpargetq; per auras.
Hæc vbi Primores procerum, plebisq; Senatus
Hauſerunt, animis ingens violentia creuit.
Pectore tum ſecum duris conſtringere vinclis
Verſarunt heroa, feris conatibus autem
Obſtitit hîc populus, vatem nam duxit Ieſum. caput 22.
Iamq; iterum Regi cœleſtem comparat aulam
Patre Deo genitus, dulces qui gnato hymenæos
Inſtaurans, vbicunq; viris ſub mœnibus altis,
Atq; vbicunq; viris varijs de gentibus oris
Per famulos, ſeruos, per charos deinde miniſtros,
Obtulit ille ſui conuiuia ſplendida Nati.
Illi autem ſpreuere viros, ſpreuere miniſtros,
Et regis ſpreuere pij conuiuia, fœdi.
Nil minus ablegat generoſa mente miniſtros
Rex alios, atq; his ſua dat mandata ferenda,
Ite, virisq; ſimul conuiuia ſtructa referte,
Iamq; ſaginatos nudatos tergora tauros
Dicite, iam longo mactilia cæſa iacere
Ordine, ſpectari ſtructis conuiuia menſis
Vndiq;, quin volucri properẽt huc tramite greſſus
Illi autem ſpreuere viros ſpreuere miniſtros,
Et ſpreuere pij conuiuia ſplendida Regis.
Hic agros ſiquidem intonſos conuertit aratro,

Alter at extrudit merces, ſua tertius autem
Munia procurat, nemo ad conuiuia tendit.
Multi autem ſcelerum artifices, fœdiq; latrones
Conprenſos necuere viros pia iuſſa ferentes.
Talibus auditis ingenti percitus ira,
Rex ſubitò armatas accenſo Marte phalanges
Inſtruxit, fœdos ſcelerata morte latrones
Abſumens, cunctas illorum funditus vrbes
Exſcidit, & ſolidæ æquauit poſt mœnia terræ.
Rex vocat hinc ſolito fidos de more miniſtros,
Atq; dit, inſtaurati equidem ſunt bellè hymenæi,
Tonſaq; ſunt cunctis paſsim mantilia menſis
Impoſita, at tanto minimè reputantur honore,
Nec ſiquidem tanto conuiuæ munere digni.
At vos ite mei per compita cuncta miniſtri,
Omnibus atq; offerte viris conuiuia noſtra,
Dixerat: illi autem paſsim venantur ocellis,
Huc illuc tardo carpentes tramite greſſus.
Cum reprobisq; probos lauta ad conuiuia ducunt,
Omnibus ecce locis, ſedesq; hominesq; redundant,
Tunc demum generoſo animo Rex inclytus ibat
Scilicet vt longo conuiuas ordine cunctos
Perluſtraret, ibi toto cui corpore veſtis
Fœtida ſqualebat, vidit Rex ipſe ſedentem,
Quem ſubitò aggreſſus verbis excepit amaris:

Quin refer has ædes qui ſis ingreſſus amice,
Nec tua quæ deceat conuiuia corpora veſtis
Induit, haud veſtis tantis accommoda feſtis.
At miſer obſtupuit, tacitoq́; ſilentia corde
Importuna nimis tenuit: Rex ipſe miniſtris
Mandat at vt vinctis miſerè poſt tergora palmis
Conſtrictis pedibus, latebrarũ hũc carcere condãt,
Hic gemitus, hîc lachrimæ hîc lõge miſerabile car
Carmen ab Eois iterabitur ortibus vſq;, (men
Heſperias ſemper dum phœbus tranſeat vndas.
Multi etenim ſunt ad conuiuia ſacra vocati,
Vix tamen electus, multis de millibus vnus.
Hinc varia expendunt Phariſæi pectore ſecum
Conſilia, & varios fingunt, cuduntq́; cothurnos
Præſtigijs heroa ſuis quo prendere ſanctum
Poſſent, & triſti tandem demittere letho:
Ergo ſatellitio Phariſaica turba ſequenti
Mittitur Auſonio: quæ talibus orſa profatur:
Omnia veridico te nouimus ore Magiſter
Promere, tuq́; iter ad ſummũ quod tendit olympũ
Corde doces puro, nec quenquam tu ipſe moraris.
Non etenim quo quiſq; hominum ſit forte valore
Præditus, aut hominũ magnos expendis honores.
Ergo refer latio num fas ſit pendere cenſum
Cæſari, an illicitum reputas hæc annua ſemper

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Soluere dona Palæſtinos, gentemq́; Iehudæ
Non latuere doli Summi genitoris alumnum.
Ergo ait, artifices ſcelerum irritare cothurno
Quid iuuat ancipiti me demum, oſtendite nūmis
Scilicet inſculptam veſtris mihi nempe figuram.
Exhibuere illi groſſum: Tunc talibus orſus
Cuius imago hæc eſt, cuiusq́; inſcriptio, Chriſtus
Inquit: At affirmant hæc omnia Cæſaris eſſe.
Chriſtus ad hæc: Latio ſoluendo id ſoluite Regi,
Atq; ea quæ Superis debentur reddite Diuis.
Talibus auditis ſubijt miratio mentes,
Tramite & hinc verſo, Chriſto ceſſere relicto.
Iam quoq; criſtati capita improba Sadducæi
Tollebant (tumulis ſemel vt qui condita mēbra
Non homines vnquam vitales luminis auras
Hauſturos reputant, ſpes illis omnis adempta
Ad ſuperas remeare auras, cœlumq́; beatum.)
Illi etiam aſtutis gaudentes fraudibus, ecce
Talibus heroa aggreſsi ſunt vocibus almum:
Legifer hæc fixit vates: ſi ſtamina parcæ
Cui properent, obeatq́; diem non prole relicta
Alter vt vxorem accipiat ſobolemq́; ſepulto
Progeneret frater: iam nos ſeptem ordine fratres
Nouimus, vt maior ſubijt connubia frater
Extinctus ſine prole fuit: iam deinde ſecundus

Accepit nuptam Germani, hoc ordine quinq;
Proceſſere alij, rellicta coniuge, fratres.
Poſt omnes moritur tandem quoq; fœmina, nobis
Ergò refer, tumulis cũ condita membra reſurgent
Cuius erit eoniunx? ſeptem nam fratribus vxor
Vna eademq; fuit: Quos contra talibus heros
Excipit haudquaquam vobis ſunt cognita vatum
Carmina ſacrorum, triplicis nec ſcita Senatus:
Cœlica defunctos quando clangoribus omnes
Buccina iam tumulis rurſum reuocabit ab imis
Amplius haud vllos inſtaurabunt hymenæos,
Aligeræ ſancti ſimiles ſed corpore turbæ
Fulgebunt nitido: non ſacra volumina vatum
Hauſiſtis, rurſum quæ mortua membra ſepulchris
Prouentura canunt? vbi totius arbiter æui
Eſſe Deum ſeſe ſancti teſtatur Abrami
Eſſe Deum ſancti ſeſe teſtatur Iſaacis,
Eſſe Deum ſancti ſeſe teſtatur Iacob,
Se Deus hic etiam teſtatur cœlitus idem
Perpetuò illorum, qui carpunt luminis auras
Eſſe, nec illorum qui æterna nocte ſepulti.
Hauſit vbi populus præclari ingentia vatis
Verba, ſtatim ſubijt magna admiratio mentes.
Suſpexitq; noui cœleſtia dogmata vatis.
Audierant nec enim iam fama obſcura volabat

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Eſſe graui Sadducæis confuſa pudore
Ora quidem, id Martem phariſaica turba laceſſit
Nunc iterũ, nunc bella animis horrenda minatur
Atq; ibi Dux, primus Coriphæus, tumbaq; prima
De Procerum numero his verbis affatur Ieſum:
Dic age quæ legũ eſt lex prima, et sũma magiſter.
Chriſtus adhæc contrà: Lex hæc eſt maxima legũ,
Corde Deum toto, totis & viribus, omni
Atq; anima venerare, time, cole, dilige ſolum.
Proxima lex ſimilis ſequitur percuncta priori,
Dilige ſic alios vt tu te diligis ipſum,
Legibus his reliquæ leges, & carmina vatum
Sunt conprenſa ſimul, nihil illis nobile demtis.
Iam Phariſæorum cuncta dum parte cohortes
Innumeræ ſtabant, illis hæc rettulit heros
Egregius contra: quid vobis Chriſtus alumnus
Sit cuius viſum eſt: Affirmant eſſe Dauidis
Vnà omnes: Dominum vates Iæſſæius illum
Quid vocat ergò ſuum, vates cum talia promit
Carmina: Sic Domino dixit Rex ætheris alti
Ipſe meo, ad noſtram pulchrè te ſiſtito dextram,
Hoſtes ipſe tuos dum magno attriuero clade,
Atq; inimica ſimul pedibus dum pectora ponam.
Fulcra tuis: Dominum ſi Rex profitetur eundem.
Filius ergo poteſt dici quo iure Dauidis?

Dixe-

Dixerat: ignari rerum, ſtupidiq́; repentè
Conticuere omnes, nec quiſquam pluribus auſus
Sollicitare ſacrum fuit vllo hinc tempore vatem.
Conſedere Duces & vulgi ſtante corona Caput 23
Surgit ad hos magnus cœli ſeptemplicis heros
Chriſtus, & in ſocios figens ſua lumina dixit.
Legiferi ecce ſedet ſolio quam plurima vatis
Turba virûm, nota eſt cui ſacra ſcientia legum.
Iam quæcunq; docent Phariſæi dogmata fido
Obſeruate animo, mandata capeſſite porrò
Illorum, & maneant hæc alta mente repoſta.
Imprimis opera illorum fugite improba ſemper,
Hæc fugite, heu viridi turpis latet anguis in herba
Multa docent equidẽ, tũ dogmata multa recẽſent,
Nulla tamen quæ præcipiunt mandata ſequũtur,
Quodq́; monent alios, fugiunt hoc turpiter ipſi.
Hei mihi quot, quantosq́; alijs imponere faſces
Sæpè ſolent, miſeris hei quanta grauamina ſæpè
Inijciunt, quæ non digito Phariſaicus vllo
Ordo leuat, pietatis opus quodcunq; miniſtrant
Coram equidem populo, crebroq́; ſatellite coram
Hoc præſtant, multo ſinuoſa volumina fluxu
Veſtis humum verrunt, latè toga defluit illis,
Accubitus primosq́; legunt menſæq́;, ſcholæq́;.
Nobilibus gaudent titulis, cupiuntq́; vocari

Nomi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Nomine per fora præclaro, tum nomine Rabbi.
At vos non itidem vanos venemini honores,
Non celebres titulos, non clari nomina Rabbi
Expetite, vnus enim vobis hoc nomine Chriſtus
Ipſe præeſt, reliqui vos eſtis nomine fratres.
Non hominũ quenquã patrio dignemini honore,
Vnus enim pater eſt vobis Rex ætheris alti.
Nobile non itidem vos nomen auete Magiſtri
Vnus enim Chriſtus vobis eſt vſq; magiſter.
Maximus inter vos minimos ſeſe infimus infra
Dimittens, ſubeat famulorum munera ſeruus.
Nã quicunq; animo, & nimis alto corde ſuperbit,
Ex alto penitus trudetur ad infima rurſum.
Induit aſt humilem puro qui pectore mentem,
Summorum hic equidẽ faſtigia ſcandet honorũ.
Væ vobis legum Phariſaica turba peritis
Hipocritæ, populis nanq; obſignatis olympum,
Nec vos aſtra poli capiunt, prohibetis olympo
Et reliquos celſi ſperant qui ſidera cœli.
Væ vobis legum Phariſaica turba, peritis
Hipocritæ, qui tot peragratis mœnia, & oras
Vt quenquam genti aſſocietis forte Iehudæ.
Iamq; vbi ſe ſacris veſtris, ariſq; dicauit
Mox ad terrificum miſerum detruditis orcum,
Materiem ſtygijs & flammis redditis illum.

Væ vo-

Væ vobis legum phariſaica turba, peritis
Lumine qui capti. captos quoq; lumine prorſus
Ducitis, & vano profunditis ore loquelas:
Si quis ſacra Dei iuret per tecta ſupremi
Deliquiſſe nihil, rutilum ſi forte per aurum.
Quo domus induta eſt Supremi iuret eundem
Crimina patraſſe, & crudeli morte teneri.
Stulta cohors ò cæca cohors temeraria neſcis
Nobiliuſne aurum rutilum, vel ſana metallum
Nobile quæ reddunt? dias ſi fortè per aras
Quis iuret nihil eſt, ſi quis per munera ſacris
Aſt impoſta focis ſcelerato pectore iuret
Hunc meritum tanto triſtes pro crimine pœnas:
Cæca cohors ò ſtulta cohors, temeraria neſcis,
Sunt precioſa focis quæro mage munera ſacris
Impoſita, aut aræ, reddunt quæ munera ſancta?
Qui ſacras hominum iurauerit ergo per aras
Iuramenta focis præſtat per ſingula ſacris
Impoſita: & quiſquis teſtabitur alma Tonantis
Tecta, itidem tectum, & certè teſtatur & illum
Hoc quicunq; habitat: teſtabitur atria cœli
Quiſquis et hic ſoliũ, & Regem teſtatur olympi.
Væ tibi, væ legum, Phariſaica turba, peritis
Artifices ſcelerum, ficta pietate ſuperbi
Qui decimas nummũ et Cereris creſcentis egenis

Pendi-

Penditis, vtiliora autem & magis ardua ſemper
Negligitis, legumq́; perit veneranda poteſtas,
Iudicium ceſſat, perit heu miſeratio, ſtertit
Vera fides: hæc hæc fieri Phariſæe decebat
Iſtaq́; negligere haudquaquã turba improba talpis
Cæca magis, culices quæ criſpas, ſæpè Camelos
Fœda per ingluuiem, vaſto quæ corpore condis.
Væ tibi, væ legum, Phariſaica turba, peritis
Hypocritæ, abluitis terſè qui pocula veſtra
Exterius, rutilo induitis qui pocla metallo
Spurcitie, & fœdis ſunt vndiq; plena rapinis
Interius, maculas quibus oblita pocula ſqualent
Tollite de fundo primum, atq; hinc extera per ſe
Munda Scyphi cernes & erunt ſic omnia munda.
Væ tibi, væ legum, Phariſaica turba, peritis
Artifices ſcelerum, ſimili ratione nefandi
Qui benè quadratis monumentis arte paratis
Queis ſuus eſt honor egregiꝰ, queis forma venuſta
Exterius, tumulis male olentia at oſſa virorum
Interius cernenda latent: ſic vos quoq; noſtis
Mentiri egregium, vultu pietatis amorem,
Alto corde latet ſcelerum fraudumq́; cupido.
Væ tibi, væ legum, Phariſaica turba, peritis
Artifices ſcelerum vatum monumenta priorum
Qui pulchrè extruitis, quiq; hæc profunditis ore

Forte dies eadem prolapſo tempore quod ſi
Nos quoq; donaſſet pariter vitalibus auris,
Edidit in lucem quæ noſtros ante parentes,
Haudquaquam indecores, haudquaquã ſanguine
Aſperſos nos vlla dies potuiſſet honeſtè (vatũ
Arguere, En veſtrum bellè ſcelera impia patrum
Noſcitis, ò patribus virtute ſimillima proles,
Quin agite, & veſtrum gnati decora alta parentũ
Perficite, adq; vnam pariter contendite metam.
O verè ſcelerata cohors ſata Dæmone nigro
Quomodo venturas clades pœnamq́; propinquã.
Quomodo perpetuas fugiesq́; miſerrima flãmas?
Ergò ego veridicos iuſsis ſacra pectora vates
Mitto modo inſtructos, multos quos alma beauit
Præterea ablego vobis ſapientia, multos
Cognita ſacrarum queîs vera ſcientia legum
Mitto, ſed aut illos letho multabitis atro
Aut cruce crudeles malè diſtendetis in alta.
Multi etiam loris cæſi, virgisq́; ſalignis
Verbere detecti coſtas, huc, inſuper illuc
Hei miſerè fugient, eiecti & ab vrbibus, vrbes
Vix tandem inuenient fidas fugientibus vllas.
Omnis vt huc pariter ſanguis, cædesq́; redundent
In vos ſanctorum, à primo qui vixit Abele,
Vſq; Zachariæ ad cædem, qui luminis auras

Patre Barachia carpſit, ſed funere merſus
Tecta inter miſerè ſacra ſacras inter & aras
A vobis ſiquidem ſacræ latronibus ædis.
Vera loquor cædes iuſtorum, & funera ſancta
Cuncta redundabunt in vos, veſtrosq́; parentes.
O Solyma, ò Solyma interimis quæ perfida vates,
Obruis & ſaxis legatos inſuper almos,
Ipſe tuos quoties volui cæleſtibus alis.
Condere filiolos, ales crocitando tenellos
Colligit vt pullos patulis criſtata ſub alis
Noſtra recuſaſti toto ſed pectore iuſſa.
Omnibus en viduata domus rellicta manebit
Veſtra, nec hinc vllo poſt me luſtrabitis æuo
Solueritis donec vos talibus ora loquelis:
Gloria, lausq́; Duci venienti in nomine Diuum.
Caput 24 Dixerat, & ſacra rurſum diuertit ab æde,
Ecce ibi bis ſeni Proceres heroa monebant,
Vt ſacra luſtraret parijs ſurgentia ſaxis
Vndiq; tecta, opus artificũ quam nobile, Chriſtus
Hæc ſocijs contra: nonne omnia cernitis iſta?
Vera loquor pario ſurgentia mormore tecta
In nihilum penitus redigentur, & omnis ab omni
Hinc lapis auulſus per compita cuncta iacebit.
Magnus oliuetum poſtquam conſcẽderat heros,
Diſcipuli acceſſere vnà: hæc cum venerit ætas

Chriſte

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Chriſte refer nobis dixere, minantia porrò
Signa doce extremum mundi, fidiſsime tempus.
Quos bonus alloquio & verbis dignatus amicis
Chriſtus, ait, ſtudio ingenti, curaq́; cauete
Ne quis iter fallax vobis ſtruat, auia ducat,
Ad fœda, interitum tandem deducat ad ipſum.
Multi etenim falſi ſurgent hoc tempore Chriſti
Euertentq́; homines, euertent dogma piorum.
Tunc Mars horriſonus, ſæuis bellona flagellis
Tunc furet, & rixas paſsim ſcelerata Megæra
Accendet ſtygÿ lemures & pallida cuncto
Cteſiphone & ſoror Alecto bachabitur orbe
Arma feris armis & pila minantia pilis
Vndiq; cum triſti reſonabunt heu vlulatu
Hæc luſtrate, animos non deſpondete, neceſſe eſt
Omnia ſic fieri, ſed adhuc non vltima certè
Finis adeſt: populus populo contrarius iſto
Tempore erit, bellis cædetq́;, legetq́; virum vir.
Regna equidem regnis, & mœnia mœnibus vnà
Dira minabuntur ſcelertato prælia Marte.
Ter centum peſtes, ter centumq́; vndiq; morbos
Diſcernet medica tunc ò podalirius arte.
Omnibus ægeſtas mala tunc regnabit in oris,
Nunc hîc nunc illic magno ſcindetur hiatu
Terra, ſimul motu ingenti tremefacta dehiſcet

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Tunc lachrimæ, & crebro ſuſpiria, tunc vlulatus
Omnibus intectis, in mœnibus omnibus, oris
Omnibus & nimium carmen miſerabile carmen
Et lugubre melos toto æthereq́ reſponſabunt.
Tunc quoq́ vos miſerè fœdato carcere condent.
Et nece crudeli, & ſcelerato funere paſſim
Mulctabunt, mea quod vos ſitis iuſſa profeſſi.
Totus & inſurget contra vos orbis & orcus
Tunc me multi etiam fœdè mea dogmata porrò
Pectore mutato abijcient: concordia fratrum
Rara erit, & dulcis tunc prodet amicus amicum.
Multi etiam falſi ſpargent ſua dogmata fratres,
Et ſtygiam multos facient tranare paludem.
Cumq́ iniuſticia, heu toto dominabitur orbe
Et ſitis iniuſti implebit tot regna, tot vrbes
Verus amor, ſincera fides, Themis alma recedent
Et ſuperam volucri properabunt tramite ad aulã:
Quisquis at hic animis fœdũ contra iuerit orbẽ
Nec dextro, læuoq́ ruit de tramite cœli
Ille beatus erit, cœli & certiſſimus hæres.
Nuncia tunc etiam toti lætiſſima mundo
Spargentur, ſobolesq́ Deo ſata patre feretur
Omnibus in terris, ne quo ſua crimina poſſint
Velare, hinc miſeris erit excuſatio calua
Hæc vbi iam fieri incipient vaſtatio & atrox

Vates

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Vates veridico Daniel quam prodidit ore,
Ingruet, horrendo & motu vaſtabitur orbis
Quiſq; paleſtinis qui tunc remoratur in oris
Quam celeri poterit montes contendat ad altos
Tramite qui tectum ſuperauit, duret in illo
Nec premat ex laribus quicquã illum cura ferẽdi:
Luminibus quiſquis campum metitur apertum,
Non iter hic relegat, gratum quo tollat amictum.
Væ miſeris nimium miſeris queis clauditur aluo
Pondus adhuc triſti viuum, quæq; hubere natis
Lac teneris & adhuc inſtillant, venerit ætas
Hæc vbi quin querulis votis ſuperate Tonantem
Ne fuga ſe feſtis fors exerat atra diebus
Nec Boreas totam glaciali frigore terram
Cum ſtringit, lachrimæ, fletus, triſtes vlulatus
Tunc etenim toto reſonabunt æthere, nunquam
Qualia dum vaſti ſtetit ardua machina mundi,
Qualia nec ſtabit donec plaga lucida cœli
Hauſta fuere, nec humanis hæc auribus vnquam
Carpentur: numerus dictorumq; ipſe dierum
Ni foret acciſus, nemo faſtigia cœli
Scanderet, electos propter breuiabitur autem
Tempus, erit numerus plenus nec & ipſe dierum.
Dixerit ergo aliquis vobis, hîc Chriſtus, & illic
Non adhibete fidem dictis, neu credite verbis

Multi etenim falſi ſurgent hoc tempore vates
Prodigia, & multis edent miracula ſignis
Siq́; repugnaret fatorum immobilis ordo
Non ſemper, ſimul electos grauis error ab aſtris
Duceret ad ſtygias vndas, & tartara nigra.
Ecce ego veridico prædixi hæc præſcius ore,
Ergò vbi mendaci ſoluent ſua labra furore:
En loca ſola inter remoratur: flectite nunquam
Ad loca ſola gradus: en parua palatia ſacrum
Excipiunt vatem, falſis non credite dictis.
Aether ab Eoo veluti micat ignibus, vndas,
Mox & ad heſperias momento peruenit vno,
Sic erit aduentus ſiquidem cœleſtis alumni.
Hic coëunt aquilæ iacet aſt vbicunq; cadauer.
Nubila poſt autem lachrymarũ tempora magni
Mundi oculus ſol illuſtris non amplius aureas
Induet ipſe comas, cœlo ſed pallidus alto
Signa dabit vix præſentem ſe poſſe videri,
Tu quoq; lugebis toto æthere ſqualida phœbe
Nec decus aſtrorum, nec eris decus ipſa minorum
Stellarum vlterius: Tunc ò tunc lumina cœlo
Præcipitata cadent alto cœleſtia. ſumma
Sidera geſtabitq́; humeris non amplius Atlas
Nobile tunc ſignum ſoboles æterna parentis
Fulgure ſiderea mortalibus edet ab aula.

Omnes

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Omnes tunc pariter replebunt cuncta vlulatu
Horriſono, et gemitu cladem pœnasq́; propinquas
Signabunt: patris æterni indubitata propago
Nubibus in medijs tunc maieſtate tremenda
Siderea veniet, certè & properabit ab aula,
Nec mora, cœleſti mittet de gente cohortes
Perq́; plagas mundi, ſonitum dabit ardua magnū
Buccina bis geminas, electos vndiq; & omnes
Acquirent ſtudio ingenti per climata mundi
Cuncta, nec ex numero deerit quis deinde piorū.
  Diſcite de viridi ſigna en pulcherrima fico
Quando redit ramis vigor, & turgeſcere gemmis
Incipit hæc arbos, certi præludia veris
Cernitis, extremum mundi cognoſcite tempus.
Vera loquor, nec enim me falſorū arguet vnquam
Vlla dies, electorum non turba peribit,
Omnia quam metam prius hæc venere ſub imam
Machina cœlorum, terrarum machina porrò,
Ignibus æthereis, ingenti & diffluet æſtu,
Sed mea nulla dies labenti tempore perdet
Dogmata, ab interitu durabunt omne per æuum.
  Sed non illa dies, mundi non vltima meta
Prodita mortali eſt vlli, neq; prodita cuiquam
Aligera de gente, diem Rex ætheris alti
Hunc voluit ſolus triplicem nouiſſe ſenatum,

Atq; erit hæc eadem venturi temporis ætas,
Qualis erat vates Noha cum prædiceret orbi
Venturas toties pœnas, clademq; propinquam.
Talis erit quando Chriſtus properabit olympo
Nube ſedens nitida, & claris circumdatus aſtris.
Hauſerat omne ſolum cum nondum pontus & in-
Diluuiũ, in terris mortalia cœtus agebat (gens
Impetus huc illuc libitu pro pectora fœdo,
Cernere erat multos lurcones ac heluones
Cernere erat multos ineuntes plurima paſſim
Vincla thori, tædas celebrantes atq; hymenæos
Sæpè inſtaurantes: donec ſe condidit arca
Veridicus vates: donec cuncta impete vaſto
Diluuium hauriret, raperet dumq; omnia ſecum.
Sic quoq; & aduentus ſubito prorumpet alumni
Scilicet ætherei, & ſtertentes obruet vnà.
Tunc duo quos virides metiri lumine campos
Fors iuuat vna dies ſubito diſiunget, olympum
Hic ſcandet nitidum, aſt alter deſcendet ad orcũ.
Officiumq; molæ ſimili duo ſorte ſubibunt
Hic petet aſtra, nigrum miſerè petet alter auernũ.
Ergo animis vigilate pÿs, arcete veternum
Nanq; hora incerta eſt Dominus deſcẽdet olympo
Qua properè, aduentu terras atq; obruet omnes
Si quis hero certam ſcelerati proderet horam

Furis

Furis, an in dulcem torqueret lumina ſomnum?
Non ita, quin potius partes intentus in omnes
Verteret inſidias, & furi occluderet ædes.
Sic quoq; vos animis inſtructi, & corde parati
Eſte, incerta dies, aſt longè incertior hora eſt,
Patre Deo genita, & caſta ſata virgine proles
Aetere qua flammis deſcendet tota coruſcis.
En age quis Domini fidus tam iuſſa capeſſit?
Quis ſapiens adeò ſeruus, quem cura miniſtris
Prouida præfecit reliquis: nunc hoſpitis ille
Vt cunctis epulas iuſto det tempore ſeruus?
O nimium felix & ab omni parte beatus
Hic erit, vt Dominus ſubeuntem offenderit iſta
Seruum equidē Dominus cunctorum deinde po-
Hæredē efficiet reddetq; ex aſſe bonorum. (tentē
Improbus at contra ſcelerato corde volutat
Talia ſi ſeruus: procul hinc meus hoſpes ab oris
Ceſſit, & huc reducem non tēpora longa videbūt.
Interea famulos flagris & verbere tundit
Improbus adiungens fœdis ſe ventribus, hoſpes
Haud dubiè illius exiguo poſt tempore ſerui
Rurſus iter releget, non quaq; putauerat hora
Opprimet infidum ſcelerato corde miniſtrum,
Protinus in fruſta & miſerè concidet, & illum
Diruet, & meritis pro tantis præmia reddet

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Artifices ſcelerum talis quoq; plaga manebit.
Illic ſemper erunt lachrymæ, ſuſpiria, fletus.
caput 25 Tunc benè conuenient, ſimili & ratione ferētur
Aetherei domus alta poli, bisq; ordine Nymphæ
Quinque quibus digitis impoſtæ lampades, vnà
Ad dulcem volucri tendebant tramite ſponſum.
Quinq; ſed inſipidæ, ſapientes quinq; puellæ
Ex illis ſed erant: geſſerunt lampades autem
Inſipidæ vacuas: at quas prudentia vera
Imbuerat Nymphæ fructu fluitantis oliuæ
Lampades implerunt: at ſponſus longius illis
Abfuit, irrepſit cunctarum id ſomnus ocellis.
Aſt vbi iam media fulgebant ſidera nocte
Ecce repente ruit vox improuiſa, puellæ
Surgite nam ſponſus properat, ſubitò ecce tenellis
Luminibus ſomnū excutiunt hinc lampades ōnes
Arte ſtruunt, ſtultæ quia deficiebat oliua,
Materiem à reliquis flammis petiere coruſcis,
Talibus atq; alijs: Nymphæ ò concedite nobis
Partem aliquā veſtræ petimus peramanter oliuæ,
Deficient alias noſtræ nos lampades, illis
Non ita, reſpondit Nympharum prouida turba,
Fors oleum pariter parti ne deſit vtriq;.
Inſtitor, ite magis ſudantem extrudit oliuam
Hîc vbi, materiem veſtro vos ære paretis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Vix ea: cum Nymphæ parili veſtigia greſſu
Figebant, en ſponſus adeſt, ſecumq́; puellas
Inſtructas pariter læta ad conuiuia ducit,
Hinc clauſæ manſere fores, manſere feneſtræ,
Amplius haud aditus patuit gradientibus vllus.
Deniq; & inſipidæ tardè venere puellæ
Fundentes querulo mæſtas è pectore voces:
Sponſe tuas ò Sponſe fores recludito: verbis
Quas contrâ minimè lætis excepit: abite
Haud ego vos noui, nullo vos tempore vidi,
Ergò animis vigilate pijs, atq; eſte fideles,
Nanq; incerta dies, ſed multò incertior hora eſt.
Qua patris æterni Soboles deſcendet olympo,
Momentoq́; vno pauitantem diruet orbem.
Vir velut egregiè pictai veſtis & auri
Diues, vbi longe peregrinas viſeret oras,
Quos habuit cunctos iuſsit ſe accedere ſeruos.
Et ſua diſtribuit bona quæ poſſedit, ijſdem
Ordine, iam primo conmiſit habenda talenta
Quinq;, talenta duo conmiſit habenda ſecundo,
Abſtulit à Domino ſed tantum tertius vnum.
Conditio & ratio pariter velut ipſa tulere.
Hæc vbi: carpit iter volucri mox tramite dictū
Hoſpes, & ad longas proficiſci cogitur oras.
Crediderat Seruo Dominus cui quinq; talenta

Exijt, & pulchrè poſitis in fœnore nummis
Quinq; talenta fuit lucratus quinq; talentis.
Nec minus officium ſubijt, cui bina talenta
Crediderat Dominus fidum, duo nanq; duobus
Ille talenta fuit ſimili ratione lucratus.
Tertius, aſt potius dicendus perfidus, antrum
Hic terræ infodit, ſibi credita munera terræ
Condidit hinc gremio, nummosq́; abſcondidit an-
Iamq; ſuum longo viſit poſt tẽpore limen (tro.
Hoſpes, & hunc reducẽ cuncti excepere miniſtri.
Hinc rationem iniens conmiſſa talenta repoſcit.
Ecce ibi crediderat Dominus cui quinq; talenta
Depoſuit pro quinq; ſuo bis quinq; talenta
Hoſpiti, & hæc referens inquit: mihi quinq; dedi-
Ecce talẽta decẽ tibi nunc pro quinq; repono: (ſti,
Temporis interea quæ ſum lucratus: at illum
E contrà Dominus verbis excepit amicis:
Eia age, quid referam multum? fidiſsime ſerue
In paucis ſpectata fides tua, pluribus ipſe
Poſtmodò præficiam rebus te fide miniſter.
Ad te perpetuò durantia gaudia confer.
Hinc properat Dominus dederat cui bina talẽta
Atq; ait: Ecce duo lucratus nempe duobus
Sum tibi, bina quidem pro fœnore reddo talenta.
Euge, refert Dominus cui mox fidiſsime ſerue,

In paucis luſtrata fides tua, pluribus ipſe
Poſt modò præficiam rebus te fide miniſter,
Ad te perpetuò Domini durantia confer
Gaudia, & æthereo repleas tua viſcera plauſu.
Vix tribus anticyris, tribus & vix putribus ouis
Tertius hinc properat dignus, qui fœda reſoluit
Talibus ora modis: quia, te quod ſtrenuus eſſes
Extimui ò Domine & merito, tu falce reſcindis
Semina, non curuis quæ ſunt tibi credita ſulcis,
Colligis hîc, vbicunq; nihil tua dextera frugum
Diſſeruit, meritò id timui te, dextra talentum
Hoc mea conmiſſum latebrarum condidit antro,
En tua nunc recipe, & concredita tollito dona.
Quem ſæuo intuitus vultu, quem fronte minaci
Hæc in prorupit Dominus: Turpiſsime ſerue
Si tibi notus eram, mea ſi truculentia tanta
Cognita erat, meterē quod non concredita ſulcis,
Colligerem non ſparſa prius, cur ergò talentum
Quod tibi credideram nullo ſine fœnore reddis?
Cur conmiſſa tibi haud poſuiſti in fœnore dona.
Vt mea iam rediens cumulato fœnore rurſum
Munera cepiſſem: conmiſſum auferte talentum
Degeneri ſeruo, indecori, nihiliq; miniſtro.
Reddite & hoc illi cui bis ſunt quinq; talenta
Diuitijs diues ſic ſic cumulabitur auctus,

Omnibus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Omnibus vt plenè, & perfectè rebus abundet.
Amplius at reſtat miſero cui nulla ſupellex.
Qualicunq; etiam tamen hac priuabitur ille.
Indecorem hinc Seruum palmis poſt terga ligatis
Abijcite in tenebras, ad tartara mittite nigra
Illic fletus erit, gemitus, triſtisq́; vlulatus.
 Iamq; vbi veridicus ſub maieſtate verenda,
Nubibus in nitidis iudex properabit ab alto
Aethere patre Deo genitus, cæleſtis alumnus.
Aereo fultus ſolio, rutilaq́; ſedebit
Sede, ſed hunc omni concludent parte cohortes
Vndiq; Sidereæ, ſacra paßimq́; agmina cingent.
Diuidet hinc populos, malèolētes paſtor vt hircos
Separat à teneris ouibus, ſed parte beatas
Ponet oues dextra, læua de parte ſed hyrci
Innumeri ſtabunt. Summus tunc ætheris alti
Rex teneris referet dextra de parte benignè
Hæc ouibus: dulces ò vos mea viſcera fratres
Turba mei benedicta patris, ſanctißima turba
Nunc regnum vobis dudum, dudumq́; receptas
Acccipite en ſedes ventura in ſecula læti.
Nam mea dira fames torſit cum viſcera, vos me
Fouiſtis poſitis dapibus, cumq́; acris anhelos
Sæpius exußit ſitis artus, vina dediſtis,
Pocla coronaſtis dulci ſpumantia Baccho:

Vos

Vos mihi, cumq; fui per inhoſpita ſaxa vagatus,
Sæpius hoſpitijs vos me fouiſtis opimis:
Reppulit & lacera vt veſtis fera frigora brumæ
Non benè, vos itidem mihi ſuffeciſtis amictum:
Cum mea carnifices populati membra dolores
Sæpius & miſerum viſiſtis, ſæpius ægrum.
Tunc ſua lætitia perfuſi pectora iuſti
Hæc referent contra: Rex ò ſanctiſsime quando
Vidimus atra fames quod te ſtimulauerit vnquã,
Atq; tibi dedimus cerealia dona petenti?
Vidimus aut vbi te ſitis arida vt vreret artus,
Et tibi plena mero dedimus nos pocula dulci?
Vidimus aut vbi te miſerum ſine ſede vagantem,
Fouimus hoſpitio Rex & te maxime iuſto?
Vidimus aut vbi te priuatum veſtibus, & te
Veſtitu induimus, noſtro & dotauimus ære?
Vidimus aut vbi te membra ægra fouere grabato
Intruſum latebris nos & te viſimus ægrum?
Oſcula tunc charis libabit dulcia natis
Rex pius, & referet verè veriſsima teſtor:
Vos quæcunq; meis feciſtis fratribus, & quo
Hos minimos fidi ſemper fouiſtis amore,
Hæc eadem mihi feciſtis, fouiſtis amore
Et me vos ſimili, facti mihi gratia par eſt.
Poſt quoq; non ſimili læua de parte morantes

Alloquio excipiet: maledicti cedite cuncti,
Cedite ad æternas plagas, & tartara fœta
Sulphure perpetuo, ſtygiæ domicilia genti.
Nam mea cum miſerè cruciaret viſcera ſæpè
Dira fames, epulis non me iuuiſtis egenum:
Arida cumq́ ſitis torreret torrida membra
Irrigui non me recreaſtis fluminis hauſtu:
Sæpius huc illuc per inhoſpita ſaxa vagantem,
Hoſpitio nec me dignati ſedibus vllis
Et quod præterea pannis, annisq́ ſubinde
Obſitus heu miſer inceſsi, tribuiſtis amictum
At mihi vos nullum; magno languore ſolutum,
Et non detentum viſiſtis carcere fœdo.
Tunc ſua triſtitia perfuſi pectora cuncti
Hæc referēt contrà: Domine ò ſanctiſsime quando
Vidimus aut Cererem, aut Bacchū te voce petentē
Vidimus aut nudum, certa & ſine ſede vagantē?
Vidimus aut ægrum, fœdo vel carcere ſeptum?
Et tibi præſtitimus non omnia munera promti?
Rex ſubitò his contrà: minimo quæ munera fra-
Non horū exhibuiſtis, idē mihi munus et ipſi (trū
O viles animæ turba ò ſcelerata negaſtis.
Illi autem æternas pœnas, morteſq́ ſubibunt,
Mille renaſcentes ventura in ſecula mœſti.
At promiſſa pij rutili capitolia cœli

Exci-

Excipient ſemper ventura in ſæcula læti. caput 26

Iam prope mortis erant metæ, finisq́; laborum
Chriſto aderat, iam Paſcha iterũ reſtabat agendũ.
Cum Chriſtus numero ex omni quos legerat ante
Biſſenos operum teſtes, fidosq́; miniſtros
Alloquitur, dictisq́; heros compellat amicis:
Cum bis, noſtis enim, Phœbus peragrauerit orbem
Paſcha palæſtinis rurſum celebrabitur oris,
Virgine tradeturq́; ſatus mortalibus ægris,
Vt cruce nodoſa, & ferali corpora ligno
Pendeat, & duros claudat ſub morte labores.

Plurima ſed Procerum ſacris quæ præſidet aris
Turba, viriq́; omnes quibus alma ſcientia vatum
Cognita erat, ſenio, aut pollentes fortibus auſis
Intra ſe Caiphæ portant ſublimia gentis
Atria, qui primus Iudææ extabat, & illic
Conſilia expediunt, ſtudia in contraria turba
Scinditur, vna Dei ſcelerato crimine gnatum
Fallere cura fuit, vinclisq́; inhibere nefandis,
Innocuoq́; graues de ſanguine poſcere pœnas.
Namq́; illos populus dudũ & metus acer agebat,
Id prohibent Feſtum ne fors concurſus in vrbe
Crudeles animos crudelibus auocet auſis.

Bethanam ingreſſus iuuenis ſanctiſſimus vrbẽ
Simonis toto cui plurima corpore lepra

Squa-

Squalebat, placidus ſucceſſit ſedibus hoſpes,
Extemplo vitrum precioſi mœſta liquoris
Fœmina ibi (multo poterat quòd vendier ære)
Effringens ſpiranti verticis Alabaſtro
Summum vnxit, Chriſtiq́ caput repleuit odore,
Vix ea, cum ſocijs ingens contentio Chriſti
Naſcitur, vnguentum propter, fuſumq́ liquorem.
Quod ſane haud vili potuiſſet vendier ære
Atq́ inopum triſtem potuiſſet vertere peſtem.
Audijt, aſt litem non eſt procedere paſſus
Chriſtus, & iratos verbis caſtigat amicis:
Ne miſeræ ò ſocij tantas intendite lites,
Præſtitit officium longe mihi fœmina gratum.
At vobis & inops ſemper, miſerandaq́ turba
Semper adeſt, inhians nummis et dona requirẽs.
Luminibus ſed tempus erit quando obuius eſſe
Deſiero veſtris, multo officioſa labore
Hæc mea odorifero perfudit membra liquore,
Quo mea ſpiranti inferret prius oſſa ſepulchro
Vnguento induta, & funus dotaret honore.
Certè vbi per totum præclara docebitur orbem
Hiſtoria hæc, dignas pro tanto munere laudes
Inueniet, totusq́ illam mirabitur orbis.
At iam Tartareus ſtimulos agitabat amaros
Dæmon in obſeſſo iam dudum pectore Iudæ

Iſchariot, numerum in biſſenum hei ante relati.
Ibat & huc illuc Procerum ſuſpenſa tenebat
Pectora, vt accepto malè Chriſtum proderet ære.
Quos ita quo mecum, fatur, libet ære paciſci?
Et vobis prodam fallacibus artibus illum.
Inuiti haud Proceres hauſerunt auribus iſta.
Exitiale illi precium dixere triginta
Argento ex ſolido nummos in munere pactos,
Aggreditur ſcelus, & facinus perpatrat Iudas,
Nec mora, nec requies partes ſpeculatus in omnes,
Quo ſine ſeditione Dei infeſtaret alumnum
Inſidijs, & fraude infando proderet hoſti:
Iamq́; vbi prima dies iterum relluxerat orbi
Quando tener ſacras ab ouilibus imbuit aras
Agnus, & in tota non fractis oſsibus vrbe
De grege balantum ſelectus cæditur agnus,
Tunc fidum ſocij compellant ore Magiſtrum,
Scis, nec enim quicquam rerum te fallit vbiq;,
Feſta domus cuncta Feſtum iam præparat vrbe,
Tu quod at hoſpitium tibi vis quæramus, vt illic
Viuificasq́; dapes, & ouem pro more paremus?
Ille autem egregios animis & pectore prompto
Binos ablegat ſocios hæc iuſſa ferentes.
Ite (refert) ſocij mox quo via ducit in vrbem,
Nos quoq; vt ante meos obitus, lethumq́; paratum

Solennes epulas celebremus, & annua feſta,
Nec mora iungentes dextrã hoſpitiumq́; rogantes,
Tum Dominum affati coram noſtrũ edite nomen
Dicite me petere hoſpitium, feſtiq́; diebus
Exiguam noſtris ſedem me poſcere ſacris.
Hîc ouis eſt feſtis nobis comedenda diebus.
Vix vbi quæſitas ſuperarunt greſſibus ædes,
Omnia, veridico veluti Deus ore locutus,
Inueniunt, ſacrasq́; dapes, agnumq́; trementem
Protinus inſigunt verubus, torrentq́; per ignem.
Littus ad Heſperiũ ter equos cũ phœbus anhelos
Siſteret, accingunt dapibus ſe Chriſtus & omnes
Diſcipuli, affatur mœſtus quos talibus heros.
Et ſimul ingentì curarum carpitur æſtu
Aeſtuat, atq; imo ſuſpiria pectore ducit,
Meq́; (ait) haud animi quicquam ſententia fallit
Vnus erit veſtrum inſidijs qui me hoſtibus vltrò
Prodiderit, mecum ille cibum qui carpit eadem
De patina, & numerũ biſſenum peſſimus implet.
Extemplò turbati omnes gemitumq́; dedere.
Quem cæcum vſq; adeò, furijs furtisq́; ſubactum
Exagitent Lemures, furiæ, infernæq́; Sorores.
Quis ſcelere antè alios, quis fraude immanior om-
Auderet tã grande nefas, crudeleq́; crimen (nes
Inq́; vicem ſeſe incuſant, rurſumq́; tuentur.

Tan-

Tandem mœſti animis dictis, lachrymiſq; fatigāt,
Heroem, quis erit? quis erit fœdiſſimus ille?
In quem tam dirum cadet exitialeq; crimen?
Vno omnes eadem perſtabant ore gementes.
  Ille ſed ex ſenis bis ſex qui veſcitur, vnus
Iiſdem iam mecum dapibus me crimine fallet
Omniaq; euenient ſoboli de virgine natæ,
Antea quæ ſacri cecinerunt carmine vates.
Haud tamen ille diu diris lætabitur auſis,
Quiſquis erit, nunquam vitalis luminis auras
Hauſiſſe, & nunquam foret illi lucis amorem
Guſtaſſe heu ſatius. Contra periurus Iudas
Infit: ego nunc quid te proditione nefanda
Oppreſſum dedero? cui Chriſtus talia: dixti.
  Nox erat atra ſuo qua Chriſtus traditus hoſti eſt.
Tunc heros Cererem puram, ſacrataq; liba
Accipiens, frangenſq; manu partitur in omnes
Diſcipulos, ſedato animo poſt talia fatur:
Accipite hæ fruges, atq; hæc libamina ſacra
Sunt corpuſq; meum, vera, indubitataq; membra,
Vnum pro vobis quod cunctis morte piabit,
Auferet, atq; obitu veteris contagia noxæ.
  Poſt pateram infuſo ſacrabat & ore Lyæo,
Et prendens manibus grates peragebat, & omnes
Mox adhibete labris (ait) atq; haurite liquorem

Sanguinis ille mei eſt pars & non ficta cruoris,
De cruce diffuſus pro vobis omnibus, atras
Abluet hic ſordes, & priſtina damna piabit.
Me quoq; non poſthac generoſum haurire liquorē
Viderit vlla ætas, ego donec patris in aula
Siderea rurſum dulcem libabo Lyæum.
Carmina finierant almum laudantia patrem,
Cum fluuium mœſtus Cedron traiecit Ieſus,
Et ſe cum ſociȷs pura ſub nocte virentes
Tranſtulit in colles olea, & loca ſola petiuit.
Quos ita, quam primū fandi data copia, Chriſtus
Affatur dictis: mihi nemo hac nocte ſuprema
Non infidus erit veſtrum, ſacra carmina produnt
Qualia: percuſſo fugient cuſtode miſellæ
Vndiq; oues. Sed cum ſæui poſt vulnera lethi
Victor ouans ſurgam, Galilæas primus ad oras
Ibo. Petrus contra dictis, & pectore feruens
Hæc fatur, cunctos timidos, cunctoſq; fugaces
Si metus arguerit, non hoc in pectore, non hoc
Talis erit virtus, nec ſic mea dextera pugnis
Aſſueta eſt, quin me duris male corripe verbis,
Tergora cum dare me truculento videris hoſti,
Nulla tuis poterit me vis abiungere rebus
Tecum extrema ſequar: Cui contra talia Chriſtus
O Petre magnanimo cui nunc ea copia fandi,

Omnes

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Omnes irritans ventos, omnesq́ procellas
Quàm ſua criſtatus bis carmina perſonet ales
Ter me periurus, ter perfidus ore negabis,
Mendaci in lingua, pedibusq́ fugacibus iſtis
Acer eris, quæres, celeri in iacieſq́ ſalutem
Ipſe fuga, aſt animi robur magis vſq́ magisq́
Spondebat Petrus, & lucis ſperrebat amorem.
Nec minor eſt reliquis virtus, nec copia Martis.
Hinc mox Getſamenē Chriſtus tēdebat ad hortū
Hic locus irriguis erat optatiſſimus vndis,
Contulit huc ſe cum ſocijs mœſtiſſimus Heros.
Mox ait, hac, ſocij, paulum conſidite terra
Hinc me tranſtulero, & quo ſacra effudero vota.
Poſt ſocios numero ex omni miſerabilis heros,
Petrum, & legit Iohannem, fratremq́ Iacobum,
Caſta Zebedæo coniunx quos edidit olim.
Indignos animo euentus, indignaq́ ſecum
Supplicia exhorrens tremuit pauor acer anhelos
Concutiens artus trepidantem pectore fecit.
Horruit infandam proles ſata virgine mortem
Hinc ait, ingenti trepido formidine pœnæ,
Cor mihi & ingenti curarum fluctuat æſtu.
Vſq́ anima ad lethum triſti eſt confecta dolore
Iam mea, cum letho & nimium luctatur amaro,
Orate & voſmet precibus ſeruate ſacratis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Ad lapidis iactum Chriſtus poſt flectit ab illis
Aeger humi ſedet, ægra labāt genua, ægraq́; mēbra
Haſq́; preces fundit paſſis ad ſidera palmis:
O pater alme meas, pater has haurito querelas:
Num libet immerſum me triſti cernere morti?
Eripe me letho, cruciatibus eripe diris,
Eripe me miſerum letho, tua flecte ſeuera
Conſilia in melius, duroſq́; auerte labores.
Si tamen id fixum ſedet atq; hæc certa tibi mens
Ibo, morte mea veterum ſcelus omne piabo.

Hinc iter ad ſocios relegit, quos gramine campi
In viridi, toto proflantes pectore ſomnum
Inuenit, & Petrum dictis affatur amicis:
O Simon tantum libet iudulgere ſopori?
Nec potes inuictum preſſis prohibere per horam
Luminibus ſomnum? O ſocij vigilate, preceſq́;
Fundite nunc querulas, & triſtia fundite vota
Orate, & precibus triſtes auertite caſus.
Spiritus eſt alacer, vires ſed corpora fractæ
Deficiunt, atq; ægra labant in corpore membra.

Rurſum iter auertit ſocijs, & pectore toto
Dat gemitū, fundenſq́; preces ita fatur ad auras:
Alme pater, genitor dulciſſime ſuſcipe vota
Quæ querulo fundo de pectore ſuſcipe vota,
Eripe me letho infando, diriſq́; periclis

Eripe me, in melius de me tua verte ſeuera
Conſilia, & lachrimas has aſpice, ſin tibi certa
Hæc animo, & ſemper ſtabit ſententia menti,
Adſum, morte mea crimen commune refellam.
  Inde iterum ſocios halantes pectore ſomnum
Inuenit, inuictum haud oculis defendere ſomnũ
Vlterius poterant, mœſtis quibus ille pepercit,
Lætitiæ ibat inops, ibat miſerabilis heros
Ingeminanſq; preces, non euitabile lethum
Sperabat fugere, & duros vitare labores:
Si fas ſumme pater, tua ſi ſententia flecti
Iure poteſt, pater inſonti mihi parcito, verùm
Sit tua, ſit potior ſemper ſententia noſtra,
Nec generi humano gnati niſi morte ſequeſtra
Placaris, moriar pro gentibus omnibus vnus.
  Iam prece finita ſocios ſe vertit ad ægros
O miſeros ſolis, noctiſq; laboribus hauſtos,
Illi autem oppreſſi ſomno curiſq; iacebant
Quos ita compellat triſtes heu triſtior ipſe:
O ſocij vigilate mei, ne ſomnus ocellos
Opprimat, en nunc tempus adeſt, iã flebilis hora
Imminet hacce palæſtina ſata virgine proles
Funere mergenda obijcitur mortalibus ægris.
Surgite, quin celeri properemus tramite greſſus,
Proditor haud procul hinc aberit periurus Iudas,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Orate, & precibus voſmet ſeruate ſacratis.
Ecce autem interea ſcelerum fundator Iudas
Compoſito diros vocat hoſtes vertice ab alto,
Primores illi Procerum, effœtiq́; ſenecta
Quos dederant, & turba ſacris quæ præſidet aris
Colligit, & comitem ſe vltrò venientibus offert.
Longius arma micant haſtam gerit ille trabalem,
Ille faces inſpicatas gerit ære rigenti,
Hic enſem ferit, ille at ſtupea vincula geſtat,
Sic ſcelerata acies ibat longo ordine Iudæ.
Iamq́; pij ſcelus id prætexens nomine amoris
Hoſtibus hoc ſignum dederat cui baſia labris
Fixero, vos vinclis palmis poſt terga ligatis
Stringite, ne vinclis hic elabatur ab arctis.
Illita compoſito dat vultu baſia felle
Proditor interea, & ſcelerum fundator Iudas:
Salue, ait ò Rabbi, ſalue dilecte Magiſter:
Ille dolum præſenſit, & hæc contra edidit Heros
Hæc amor, hæc noſtri Iuda meruere labores
Oſcula? cur ſcelus hoc auſus, cur turpia furta?
Vix ea fatus erat, circumq́; effuſa iuuentus
Irruit & vinclis Chriſtum conſtringit iniquis.
Talia luſtrantes ſocij, accenſiq́; dolore
Pectora, ad arma ruunt, & herũ defendere tentãt
At ſenior Petrus vagina liberat enſem,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Terq; rotans inhoneſtũ inhoneſto vulnere tempus
Occupat, & Malchæ dextram ferus amputat aurẽ,
Qui famulus Caiphæ hærebat, fidusq; miniſter.
 Hæc luſtrans Heros, dictis his temperat iram:
Hos ſinite, & cœco ruere impete mittite, tuq;
Indue vagina gladium Petre, quiſquis es enſe
Qui certas gladio nequaquam impune peribis.
Aut adeóne putas centum non agmina poſſe,
Stellatasq; acies patrem mihi mittere ab arce
Siderea? aut triſti ſubmergi funere non me
Fas erit? & patris imperio parere ſupremi?
Non ita: Quî vatum poſſent monumenta priorum
Impleri? fieri iſta decet, fieriq; neceſſe eſt.
 Hæc vbi: Primores populi, Proceresq; ſacratos
Ingentemq; manum cuncta de plebe coactam
Alloquitur: ſcelerata acie, inſtructaq; phalange
Me, velut autorem ſcelerum petijſtis inermem.
Nonne palam toties ſacra conſpectus in æde
Conuentu in magno expedij præcepta Tonantis,
Cur tunc non armis me corripuiſtis inermem?
At nox iſta omnes dirum vos ducet ad orcum
Mentibus hæ tenebræ infuſæ, caligoq; veſtris,
Omnia veridico ſacrorum vt carmina vatum
Fine abſoluantur, nil fictum deniq; falſum,
Ille quippe Deo cecinerunt pectora pleni:

Dixerat. at Socij fugiunt dicto ocyus omnes,
Diffugere metu, curſu nemora auia feruent.
Hinc illi ſcelerata manus nec mitior illa,
Militiæ Princeps tantæ, fœdiq́; miniſtri
Apprenſo inijciunt mox ſtupea vincula collo,
Captus ad immanem Chriſtus deducitur Annam
Hic affinis erat Caiphæ. tunc temporis autem
Primus erat procerũ ſanctiſsima munera propter.
Interea caſum Petrus infelicis amici
Proſequitur mœrens, ſimul & comitatur Ieſum
Magna ſacerdotis ducebat ad atria ſummi
Quo via, cum famulis illic nocturnus apertas
Ante fores ſtetit ò nimium miſerabile viſu.
Primores porrò Procerum cunctusq́; ſenatus
Accerſunt varios teſtes mentita ferentes
Verba Deum contra, quo triſti funere Chriſtum:
Mulctarent, ſtudia at fœdi in contraria ſecti
Nequicquam ſua conciliant, licet ordine multi
Falſiloquis ſurgant dictis, & ficta profentur.
Ante alios duo furtorum fraudumq́; potentes
Aduolitant, nugisq́; onerant & crimine Chriſtum
Auribus his noſtris has voces hauſimus (aiunt)
Abſumam ſacram flammis crepitantibus ædem,
Atq́; nouam tribus exactis poſt ſolibus, ædem
Non hominũ manibus condã, non arte magiſtra.

Diſsi-

Diſsidei aſt inter ſe ficta calumnia dictis.
Hinc procerum primus Caiphas affatur Ieſum:
Quid malèſane taces? non tales ore refellis?
Nil te dicta mouent? nil crimina fœda moraris?
Sed tacito Chriſtus non ore ſilentia rupit.
Tunc iterum Caiphas vinctum compellat, aitq́;
Tune Dei ſoboles vera es? tu miſſus ab alto
Aethere, qui rutilo manes inferret olympo?
Maxima per ſummi obteſtor te numina cœli,
Fare age, diſsimula, non te quærentibus vltra.
Chriſtus adhæc: Fictis tandem deſiſtite verbis
Sum quod ais, ſummi ſoboles æterna parentis.
Vera loquor verè nec iam mora longior obſtat,
Cum regnanda mihi cedet plaga lucida cœli,
Et patris in nitida dextram luſtrabitis aula
Amplexum, hinc terram petere aſpicietis eundẽ,
Fulgenti in nebula, fulgenti in nube viciſsim:
Tunc tunicã abſcindẽs ſummus de more ſacerdos
Vlterius quid lucis eget res clara tot amplis
Indicijs? ait, ipſe palam ſcelus omne fatetur.
Quid vobis viſum eſt? illi omnes agmine facto
Funere mulctandũ cenſent, clamantq́; frequẽtes.
Turba miniſtrorũ qui vinctum terga trahebãt,
Certatim illudit Chriſto, & fœdiſsima ſanctam
Excreat in faciem, colaphis caput omne tumeſcit,

Verbere mala crepat, pars barbam vellit, & aures
Vellicat, at faciem pars ſanctam obnubilat, alma
Lumina veſtitu pars & turpiſsima obumbrat.
Hinc capiti infligunt auſis crudelibus ictus.
Et vates, referunt qui te modò percutit effer
Ecquis erat? quis demulcet tibi tempora pugno
Chriſte refer? ſancto perſtant ſic ludere Chriſto.
Aſt famulis infra ex prunis feruentibus ignis
Atria (namq; gelu tellus concreta rigebat)
Structus erat, quibus aſtabat miſerabile viſu,
Petrus & ingentes voluebat pectore curas
Exitus expectans, quis fortè maneret Ieſum,
Et pariter corpus pandens exangue calori
Ollum ſerua domus curæ cui ianua herilis
Prima videt tenebras inter prunasq; micantes,
Terq; quaterq; notat quæ poſt ſic farier orſa eſt:
Túne quoq; & ſcelerum conſors, Chriſtiq; ſatelles
Vnus es? inficias it contra, & territus ore
Cognitum herum negat, & dictis, & voce refutat
Atq; amens adeo mentitas fingere voces
Audet, ſe vt ſimulet charum neſcire Magiſtrum.
Interea Petrum exanguem, ſola feruida prunis
Excipiunt, mora nec longa eſt cum voce negarat
Mentis inops primo Dominum fidumq; magiſtrũ
Criſtatus liquidam quando vocem edidit ales,

Altera

Altera poſt ancilla Petrum luſtrabat ocellis
Incipit, & digito monſtrat præſentibus illum,
Hic etiam Chriſti verè fuit ante ſatelles.
Illi, quem terrent dictis verbisq́; moleſtant
Vnus es ex ſocijs, perhibent, tu nuncquid Ieſu
Fare age? Tu ſocius verè es, verusq́; ſatelles
Alter ait: fidum negat, & negat ille magiſtrum,
Et charum iam lucis amans abiurat amicum.
I nunc & verbis effer te Petre ſuperbis:
Hæc mea non virtus: non ſic mea dextera pugnis
Aſſueta eſt, poterit me vis abiungere rebus
Nulla tuis, pro te contemnam lucis amorem.
   Vnius attigerat ſpacium vix ſignifer horæ
Ex famulis affirmat idem, cunctisq́; miniſtris
Alter adhuc quando, numerū non vltimus imples
Ipſe ſatellitij Ieſu, Galilæia prodit
Patria te? ruit inde ferox atq́; improbus ore
Ipſe ſacerdotis famulus, fœdusq́; miniſter
Multus amicus ei, patulam obtruncauerat aurem
Cui Petrus enſe, refert, viridi dic nūcquid in hor-
Nonne ego te vidi rutilantē cominus enſem? (to
   Pro quo ſe toties morti deuouerat ante,
Abnegat, abiurat, nec eum ſe ſcire fatetur,
Atq́; ſibi diras toties, totiesq́; precatur
Nouerit, aut Dominum vitæ ſi viderit vnquam?

Vix ea

Vix ea finierat, Criſtatæ ſigna volucres
Quando dabant iterũ mediæ propè noctis abacta.
Ilicet ad Petrum Dominus ſe vertit, & illum
Terq́;, quaterq́; oculis trepidantẽ luſtrat honeſtis.
Tunc monitus verborũ heros quæ extrema cane- (bat:
Ingeminent quã bis criſtatæ ſigna volucres,
Infidus ter me Simon prius antenegabis.
At Petrus exibat, rorantia lumina gemmis
Cernere erat, lachrymiſq́; genas & fletibus ora
Squalere, & multo concretam flumine barbam.
Caput 27 Poſtera iam lucẽ cum aurora reduxerat almam
Primores Procerum cuncti, populiq́; ſenatus,
Effœtiq́; viri ſenio glomerantur in vnum,
Conſilia expediũt, Chriſtum quo funere mergant,
Et vinctum ſiſtunt rapidi ad crudele tribunal.
Iamq́; Deũ vinctis manibus poſt terga trahebãt
Præſidis ad ſedem, Syriam frenabat opimam
Qui iuſſu Tiberij Romani Cæſaris, ortus
Pontius inſignis Pilatus origine Romæ.
Parte alia ſcelus agnoſcit periurus Iudas.
Mutatus, triſti cum Chriſtum funere mergi
Cerneret, argentum precium exitiale reponit.
Atq; ſacerdotum ſacratam tendit ad ædem
Vociferans, veſtrũ hoc argentũ, et munera fraudis
Heu demens, heu quid volui? quid criminis autor

Ingentis ſcelus admiſi? dolor ò dolor ipſe
Aeternam ſobolem patris omnipotentis olympi
Obieci vobis: Olli riſere gementem,
Atq; aiunt quid nos? te cura hæc torqueat, illud
Videris ipſe, nihil nos hæc tua furta moramur,
Vltrò deſpondentem animum iuuere ſceleſti.
Protinus argentum Proceres coniecit in ipſos,
Incertusq́; animi miſer, ingratusq́; ſalutis
Protinus ingenti curarum carpitur æſtu,
Exercet Nemeſis, ſtygiæ exercentq́; ſorores
Illum, nec requies, mora nec datur vlla ſaluti
Informem prona ſed nectit ab arbore nodum
Suſpenſus nimium pondus proh triſte pependit,
Et laqueo informi miſer eſt extrema ſequutus,
Vitalesq; auras eliſo gutture rumpens.
Viſcera proiecit, totosq́; extabuit artus,
Vitaq́; cum gemitu fugit indignata ſub Orcum.
Primores porrò Procerum cunctusq́; Senatus
Argentum accipiunt ſcelerato in munere pactum
Non erit hoc (perhibent) ſacris fas condere tectis,
Argentum, quia roranti de ſanguine partum eſt,
Conſilium expediunt aliud, figuliq́; triginta
Acquirunt nummis his exitialibus agrum.
Exulibus monumenta viris, ſolatia egenis,
Idq́; Palæſtinis mox paſſim innotuit oris,

Fundus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Fundus & eſt poſthac roranti à ſanguine dictus,
Tunc impleta ſacri Ieremiæ carmina vatis
Qui cecinit nummos Proceres ſumſiſſe triginta
In pactumq́; datos, quo eſt venditus ære ſolutus,
Et figuli fundum nummis emiſſe triginta.
Iamq́; Sacerdotes fremitu circũ omne replentes
Veſtibulum, iuxta ſtabant, de his namq; licebat
Nulli luce ſacra pollutum inſiſtere limen.
Tandem Romulides iuuenum ſtipante caterua
Faſcibus egreditur patrijs, hinc ſedit eburno
Ante fores ſolio, dictis his labra reſoluens:
Dicite quo tandem demitti funere morti
Poſcitis hunc iuuenem? quæ fœdè dira patrauit
Crimina? cui contra Patres eadem ore frementes.
Hortator ſi non ſcelerum, fraudumq́; Magiſter
Eſſet, an hic vinctus foret vnquam traditus? illis
Pontius hæc contra quin veſtris legibus illum
Abripite, & rigidæ tandem demittite morti.
Pontius extemplò repetit prætoria, dictis
Talibus atq; alijs Heroem affatur, & infit:
Fare age, tune palæſtinis Rex natus in oris?
Vnde domus, præclara tibi vnde eſſet origo?
Quem contra verbis Chriſtus dignatur amicis.
Dic age num proprio depromis talia corde?
Aut ſuggeſta tibi loqueris? Cui Pontius iſta:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Nunc quid ego Iudæorum de gente profectus?
Turba ſacerdotum tibi me, gens & tua vinctum
Tradidit? Ergo refer quo tandem nomine lethũ?
Intentent tibi? quo meritus dic crimine lethum
  Ille autem tacito premit alta ſilentia corde,
Nil illum populi rumor, nil improba flectunt
Iurgia, falſiloquis nec turpia ſpicula linguis:
Romanus quem ſic mutum, ſic cuncta tacentem
Alloquitur: Cur non crimen tam grande refellis?
Nil tamen his Heros minus alta ſilentia rumpit:
Pilatus miratur eum, mirantur & omnes
Quid taceat, porrò quæ ſtet ſententia menti.
  At nil turba minus rixas, atq; aggrauat iram:
Illum progeniem ſeſe omnipotentis olympi
Fingere, et hinc cunctam fando ſeducere plebem,
Primaq; monſtra illum Galilæas duxe per oras,
Vſq; huc infeciſſe omnes, ſparſiſſeq; virus.
  Tandẽ vbi ſeſe iterũ oſtendunt antiqua parentũ
(Relligio quondam) feſtis iam ſacra diebus,
Præſes vt è vinclis genti dimitteret vnum,
Quem peterent votis. Frenabat carcere porrò
Infamem ſcelere, & latronis nomine fœdum
Ante alios, Barabam, furtis qui immanior omnes,
Hic dudum in vinclis pœnam expectabat amarã
Nullis fas pueris, illi innuptiſq; puellis

Parcere, vaſtabat ferro nocturnus at omnes.
Gens igitur collecta omnis ſtat præſide coram,
Et veterem poſcit rem conſuetudine duci.
Quos ita Romulides dictis affatur amicis:
Inueterata animis ſedet hæc ſententia veſtris,
Infeſtum vt feſtis ſoluam de more diebus.
Ergo animos adhibete, vnū mihi dicite, quemnā
Aut Barabam aut Chriſtū vinclis dimittier arctis
Vultis, nam noua nunc non primū crimina cernit
Scit fabricata odijs Procerum, inuidiaq́ Senatus.
Romanum interea monet ad prætoria coniunx
Territa nocturnis monſtris, & territa viſis,
Polluat inſonti ne ſeſe ſanguine, multa
In ſomnem paſſam, multa & portenta minari.
Vittati verò proceres, plebisq́ ſenatus
Eumenides, ſtygioq́ omnes è fonte miniſtri
Circumeunt, ſtimulisq́ agitāt malè pectora plebis
Vt Barabam poſcant vinclis, pœnisq́ ſolutum,
At Chriſtum triſti tendant abſumere letho.
Quos ita compellat Præſes: quem vultis vt arctis
Emittam vinclis? cuncti ſimul ore fremebant.
Hinc Barabam poſcunt. Sed contrà Pontius omnes
Perpendens aditus, ſtabat ſermone paratus
Has iterans, iteransq́ iterumq́ iterumq́ loquelas
Quid verò immerito vultis decernier, illi

Quē vocitant Chriſtū? ſimul hunc dimittere vin-
Tentabat, cœci illi odijs, cœciq; furore, (clis
Vociferantur, & hinc eadē cuncti ore frequentāt:
Tollito, dede neci ſubitò crucefige trabali,
Inuictus tamen atq; odijs obſtabat iniquis:
Deniq; quod ſcelus admiſit, quod deniq; crimen
Præſes ait, quin inſontem, immeritumq́; recuſo
Funere merſurum me triſti, & funere acerbo,
Inſonti immeritas ſumturum à ſanguine pœnas,
Mulctatum loris corpus iuuenile, neſandæ
Eripiam morti, inſonti parcamq́; cruori.
Illi autem ingeminant diras, dirasq́; loquelas
Tollito, dede neci ſubitò crucefige cruenta,
Talibus atq; alijs acuunt rumoribus iras,
Atq; obſtant ſumma ſtudijs Rectoris opum vi,
Inuictumq́; trahunt, ſtudijsq; ingentibus vrgent.
Pontius ergo illum loris, virgisq́; ſalignis
Mulctari iubet, atra cohors, atq; aulica pubes
Præſulis abripiunt intra prætoria vinctum.
Veſtibus exutum longa ſtipante caterua
Purpurea exornant palla, tunicaq́; rubenti
Ex ſpinis textam paliuri deinde coronam
Sidereo capiti imponunt & arundine dextram
Pro ſceptris armant, & crebro poplite flexo
Hæc iterant: ſalue Rex inclyte Iudæorum,

Hinc caput æthereũ palmis, & verbere tundunt,
Atq; oculos in ſidereos ſpuit improba turba,
Temporaq́; & tereti pulſantur arundine ſancta.
Et proſtrati illum cuncti venerantur, adorant.
Romulides extra inſontem prætoria ſiſtit,
Atq; ait, aſpicite, immeritũ, aſpicite inq́; merentẽ.
Hic nihil eſt auſus, potuit nil, cernite coram,
Purpura & indutus pariter, ſpinisq́; corona
Horrenti, viſu miſerabilis ibat Ieſus.
Pontius en, ait, ò hominem luſtrate miſellum,
Quippe eius largum ſudabant membra cruorem,
Squalebantq́; nimis detectæ verbere coſtæ,
Sanguine concreta eſt barba, & turpata cruore,
Et niuei fœdati artus, pro vulnere totum
Corpus erat, nil infeſtum, nil vſq; licebat
Cernere fœdatum, niſi totum vulnere corpus.
Primores verò populi, Proceresq́; ſacrati,
Et diras iterat vulgus ſine nomine voces,
Cæſaris hanc peſtem Præſes citus aufer ab oris,
Regis enim claro dudum aſpirauit honori,
Aut ſi tanta animum vertunt tibi monſtra, ſolutũ
Vt pœnis, vinclisq́; ſinas, tibi Cæſaris iram
Suppliciumq́; ingens demum tibi ſcito paratum,
Quiſquis enim Regum claros affectat honores,
Cæſari erit magno ſemper contrarius ille.

Hæc

Hæc vbi dicta hauſit præſes, prætoria duxit
Chriſtum extra, ſeſſumq́ue capit ſuper ille tribunal
Extructum parijs ſaxis, altisq́ue columnis.
Romulides magno curarum tunditur æſtu,
Nil vbi profeciſſe videt, ſed maior in omni
Ne turba in populo fiat. Tunc cedere votis,
Et precibus tandem ſimul indulgere, putabat
Dulce ſibi, haud poterat furioſæ obſiſtere turbæ
Vlterius. ſimul imbre manus, quo crimina cæles
Abluit, hæc referens vos conſcia ſidera teſtor,
Non me ſponte mea inſontem dimittere morti,
Poſcere nec ſummas rubro cum ſanguine pœnas
Vos, vos iſta manent: omnes uno ore reclamant
Et nos, & noſtram premat omni tempore prolem
Illius cruor, illius mors arguat omnes.
Tunc Barabam ſcelere infamẽ, furtisq́ue celebrẽ
Vincula qui paſſus leuia haud ob crimina dudũ,
Emittit, toties votis, totiesq́ue petitum.
At Chriſtum loris cæſum, virgisq́ue ſalignis
Deriſum toties, colaphis, plagisq́ue tumentem
Conceſſit, nimium viſu lachrymabile, triſti
De cruce ſuſpendi pondus miſerabile, tandem:
Militiæ ſcelerata cohors, atq́ue aulica pubes
Purpureas Chriſto veſtes, oſtroq́ue rubentes
Exuit, & proprijs circumdat veſtibus illum.

Dirum ad ſupplicium multis comitantibus vnà
Per cunctos longis raptatus funibus ibat
Semianimis, mortéq; tremens, duplicē ille ferebat
Informemq́; trabem, nodis & robore iniquo
Præualidam, ſuper is duros qua morte dolores
Finiret, ſuper & vitales clauderet auras.
  Ecce trabem dum protrudit miſerabilis heros
Verticis ad montem, prius ad ſalebroſa viarum,
Simon, Cyrene cui patria; cui pia proles
Ruffus, Alexanderq́; duo, tendebat ab agris
Obuius ingenti turbæ, Chriſtoq́; labanti, (ſtum,
Hūc adigūt, valida vt mox ſubleuet arbore Chri-
Participiemq́; oneris reddunt, molisq́; nefandæ.
  Innumeri vero, iuuenesq́;, viriq́;, ſenesq́;
Tendebant paribus gradibus, ſtipante caterua
Multi autem madidis, rorantia lumina gemmis
Imprimis matresq́; piæ. mitesq́; puellæ,
Flebant, & triſti replebant cuncta vlulatu.
  Vna autem ſcelere infamès, furtisq́; nefandos
Binos addiderant ſocios commiſſa luentes,
Quos lex ad pœnas duras, mortemq́; vocabat.
  Golgatha iā ſubeunt, ſuperant et tramite cliuū
Auctores ſcelerum, hic letho commiſſa luebant.
Pocula corrupti, Chriſti, permiſta Lyei,
Myrrha infecta quidem, & triſti perfuſa veneno
Admo-

Admorunt labris ſitientibus, ille ſed hauſto
Ore tenus, renuit confeſtim inamabile vinum.
Iamq; Heroa cruci affigunt, tenduntq; furentes,
Directum & longo malo applicuere nefandi,
Hic vbi pendebant non cocto lurida tabo
Corpora, quæ quondam duris ſubmerſa piaclis,
Dextra vnà læuaq; duos fixere latrones
Infames furtis, ſcelerum fraudumq; potentes.
Extulit in medio verum longè altius arbor
Heroa, inſignem veluti furtisq;, dolisq;,
Vtq; pij vates cecinerunt prouida corda:
Autores ſcelerum fœdos numerabitur inter.
Tertia lethalis iam fugerat hora diei,
Chriſtus vt affixus malo, clementior æquo
Hoſtibus orabat veniam, pater aufer id illis
Crimen, & ignaris rerum, cœcisq; furore
Parcito. Romanus cauſſas in ſtipite mortis
Condebat crucis interea, ſublimis ab alto
Vertice ſurgebat quæ informibus vndiq; nodis,
Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum.
Militiæ ſcelerata cohors, ſcelerata peregit
Quando miniſteria, & Chriſtũ trabe fixit in alta,
Et teneras rigida terebrauit cuſpide plantas,
Largus vt à celſo manauit ſtipite ſanguis
Quando Dei veſtes multo certamine tendunt

Partiri famuli inter ſeſe, & quatuor omnes
In partes poſitas, rapiunt æqualiter vnà.
Sed tunica haud rimis fuit intercreta, nec vlli
Suturæ patuit, nec ab hoc erat apta ſecari.
Ergò trahunt ſortes communi nomine cuncti
Prædixere ſacri fore talia carmine vates.
Conſedêre illic, duroſq; in morte labores
Heroa, heu patientem animo, clipeata tuentes
Agmina ſeruabant procul eradiantibus armis,
Ponè crucem genitrix ſtabat (miſerabile viſu)
Muta metu, & magno muta exuperante dolore.
Germanæ addiderat coniunx ſeſe ægra Cleophæ
Atq; oculos lachrymis hinc Maria Magdalæna
Suffuſa, hei omnes tundentes pectora palmis.
At multi propè carpebant qui tramite greſſus,
Fœda venenoſis fundebant ſcommota linguis,
Sacra Dei pulchrè vah, vah, quam tecta reuellis,
Atq; ſacro poſt tres hæc erigis omine ſoles.
Hic ſi vera Dei, ſi non mentita propago eſt,
Deſiliat pinu confeſtim liber ab alta.
Nec minus illudunt, Proceres, patreſq; ſacrati
Suſpenſo, in curas labefactum crimine diro
Irritant animum magis, & mage vocibus ægrum,
Quas alijs vires ſuffecit, neſcit eaſdem.
Aut ſi progenies quam ſe mentitus olympi eſt,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Et ſi numen habet fortiſſimus arcta reſoluat
Vincula, nec tantos ferat hac ſub mole labores.
Nos quoq; vt & ſignis freti, credamus, ÿſdem.
Eripuit letho qui plurima corpora quondam,
Mors quibus exuerat fragiles immiſſa per artus
Vitales auras: ſibi non potis eſt hic adeſſe.
Aut ſuperi, quibus eſt animo confiſus, ÿdem
Si lubet exemptum ſoluant formidine pœnæ.
Parte alia Chriſtũ fanda, atq; infanda ferentẽ,
Stringebat miſer à læua qui parte luebat
Ob ſcelera, & tales dabat improbus ore loquelas.
Si tibi cæleſtis fors eſſet originis ortus,
Nunc tibi nunc nobis tantos auertere caſus
Fas foret, aut verè es, ſcandas, ſi Chriſtus, ab alta
Arbore, noſq; vnà crudelibus eripe pœnis.
Non tulit hoc alter dextra qui à parte luebat
Supplicium, et moriẽs hæc verba nouiſſima dixit:
Non etiam non te ſummi mouet ira parentis
Et ſimili, & mecum letho mulctaris eodem,
Nos meritò & meritas luimus pro crimine pœnas.
Hic verò nihil eſt auſus, nil ipſe patrauit.
Hinc miſer ad Chriſtũ, & natũ conuerſus olympi
Talibus orabat: memor ò memor eſto rogatus
Chriſte mei, & dexter morienti protinus adſis,
Dulcibus alloquitur quem contra vocibus heros:

Gaudia tu mecum, atq; eadem tu regna capeſſes,
Atria quin alacri cœlorum concipe mente.
In Domini exequias medium vix pallidus orbẽ
Luſtrarat Phœbus, quando caput occulit aſtris,
Sidere ab æthereo inſolita intempeſta ruit nox,
Eripuitq; oculis lucem mortalibus omnem.
Ipſe etiam Titan radÿs & luce coruſca
Exutus gnati caſum deflebat herilis,
Omnia torpebant afflicto Elementa Magiſtro.
Nona ſub aerÿs ſonuit cum turribus hora
Aethercam Chriſtus patris reminiſcitur aulam.
Cum gemitu ingenti vocem extendebat in auras:
Cur pater extremis patientem dura periclis
Deſeris? vnde tibi iam chari ceßit alumnî
Cura? ſed è contra non pauci dicta ſiniſtrè
Excipiunt Chriſti, & perſtant illudere verbis,
Eliam vocat. at ſummus iam nouerat Heros
Omnia tranſacta, & finem iam nacta ſacrorum
Scripta virũ: potum extremũ, laticemq; popoſcit,
Arida nanq; artus ſitis exurebat anhelos.
Illi autem infecti miſcentes munera Bachi
Felle, ſtatim admorunt ſitientis arundine labris,
Et ſimul inſultant, adduntq; hæc crimina primis:
Nunc quid & Elias aderit, pœnisq; ſolutum
Eximet: obtuſum poſtquam libarat acetum,

Veridici

Veridici de me quicquid cecinere, peractum eſt,
Chriſtus ait, vates, altam & de pectore vocem
Hinc iterũ extendẽs, in verba nouiſsima rumpit:
Hanc animam genitor dulciſsime ſuſcipe dixit,
Extremamq́; auram ponens caput expirauit.
Ecce autem ſubitò ſacri velamina templi
In partes diſſecta duas rumpuntur, & omnis
Diſsilijt motu tellus, & viua ſecantur
Saxa, & ſe veterũ oſtendunt decora alta parentũ
Libera, multa etiam gelido ſublata ſapore
Corpora, mors quibus atra fuit iam miſſa per artus
Indutis ibant membris, vrnisq́; relictis,
Poſtquam victor ouans magnus ſurrexerat heros,
Per ſacram huc illuc tendebant greſsibus vrbem,
Sub vera effigie multis quoq; cernebantur.
Militiæ verò præſes, multiq́; videntes
Quo clamore animam præſtans effunderet Heros,
Ingentemq́; ſoli motum, telluris hiatum.
Omnis ibi extemplo calor ima per oſſa recurrit,
Arrectæ ſteteruntq́; comæ, & vox faucibus hæſit.
Hinc patris æterni ſobolem ſuper æthera tollunt
Talibus atq; alijs ſoluentes vocibus ora:
Hoc virtute fuit nemo, pietate nec alter
Maior, hic æterni eſt verè veriſsima proles
Patris: Sed reliqui luſtrantes funera Chriſti,

Pecto-

Pectora tundebant palmis, iter inde legebant
Atq; lares recto tendebant tramite cuncti,
Sed chari comites Chriſti, miteſq; puellæ
Cuncta oculis veſtigabant, miſerandaq; turba
Fœminei iuxta cœtus longo ordine ſtabat.
Turba quidem Chriſtum ſtudijs accita videndi
Venerat, huc & quæ Galilæis nuper ab oris,
Diua Dei genitrix, & Maria Magdalæna
Maria Iacobi genitrix, & mater Ioſis
Inde Zebedæi genitrix, & quotquot ab oris
Externis nuper ſtudijs Heroa videndi
Attulerat fama, ad Solymã & prouexerat vrbem
Humida iam toto properabat ſidere Phœbe,
Corpora adhuc ſtabant inhumata, propinquaq; le-
Sed ne luce ſacra, pendentia corpora truncis, (tho,
Lætæ ſolennem fœdarent vrbis honorem,
Primores adſunt Procerum, gentiſq; Pilatum
Rectorem affantur, quo ſtipite fixa refigant
Corpora, & iniecta tandem tumulentur arena.
Adſunt armati ſubitoq; in monte miniſtri
Hinc atq; inde viris frangunt tabentia crura,
Et miſeris duros properant cum morte dolores.
Aſt vbi Rectorem vitæ, mortiſq; potentem
Fatalem clauſiſſe diem, videre miniſtri,
Abſtinuere viri, in caſſum nec lumine corpus

Sæui-

Sæuitum fuit vlterius: ſed proruit vnus.
Inſtitit & lateri longis hoſtilibus almo,
Tranſadigens coſtas, & candida pectora rumpẽs,
Vulnere quo verum eſt bicoloris fluminis inſtar
Et purum laticem, & rubrum exiliiſſe cruorem.
Omnia qui vidit verè hæc, teſtatus ea ipſa eſt,
Nil fictum, nil mentitum, nil prodidit vnquam,
Abſimile à veris, dictis credatis vt ipſis,
Euenêre, ſacrum. nam talia, carmina vatum
Ne retrò caderent fictis repleta figuris.
Pallida non illi vos concuſſeretis oſſa,
Atq; iterum cernent, cuius ſanctum haſta cruorẽ
Ebiberit, cuius ruptum ſic vulnere pectus.
Heſperias feſſus Phœbus flectebat ad vndas,
Magnus Ioſephus veniens Arimathide ab ora,
Diues agri, diues veſtis, ditiſsimus auri,
Quo pietate prior nemo, virtute vel alter.
Inq; Senatorum numero non vltimus, omni
Tempore conſiliis procerum aduerſatus iniquis,
Ille magis vigili ſtudio, vigiliq; labore
Numina ſcrutatus Diuum, cœleſtia regna
Rimatus, Chriſto hærebat fidiſsimus vnus,
Delituit tamen ille metu perterritus acri:
Hic tandem gentis Rectorem acceſsit, & illum
Affatur placidè, dictis & flectit amicis

Et Chriſti auferret magno pro munere corpus,
Mitteret exangue & terræ ſuccedere funus.
Pontius at properos obitus miratur, & illi
Scilicet edoctus tandem omnia præſide ab ipſo
Concedi iuſsit corpus lachrymabile Chriſti.
Hic ſeſe comitem iungit Nicodemus, & ipſe
Funere dilecti multum turbatus amici,
Hic Myrrhamq́; affert Aloes & pondera centum.
Nec mora membra modis iam tum pallentia miris
Inuoluunt byſſo, fragranti & corpus odore
More palæſtino veſtitum, accingitur albis
Vndiq; iam tunicis, iuſto & dotatur honore.
Non locus ad Solymam ſurgit iucundior vrbem
Quam vicinus erat diris qui montibus illis,
Hic vbi dira tulit diſtentus in arbore Chriſtus,
Pulcher ibi pictis diſcretus floribus hortus
Perpetuo dulcem latè ſpirabat odorem.
In medio aſt horto viuo pulcherrima ſaxo
Diues Ioſephus curauerat arte ſepulchro
Incidi, ſpectata animo dum funera verſat,
Lurida nullius hoc ante hauſerat oſſa ſepulchrũ.
Conditur hac heros igitur ſanctiſsimus vrna,
Nam pia iam feſtis properabant ſacra diebus,
Hortus & inter ſe, haud lignum feraleq́; multo
Diſtabant ſpacio, tumuloq́; accommodus hortus,
Tum

Tum vicinus erat, tum tanto dignus amico.
Ingens hinc ſaxum monumēti aduoluitur antro.
Multæ autem matresq́; piæ, mitesq́; puellæ
Succedunt tumulo, & circū loca queſtibus implēt
In primis genitrix Chriſti exanimata dolore,
Frigida, muta tacet ſaxoq́; ſimillima torpet.
Cunctaq́; veſtigant oculis, & lumine ſeruant.
Hinc Solymā gradibus tendunt æqualibus vrbē,
Atq; vnguenta parant, reliqui ſolamem amoris.
Iamq́; videbatur diſcuſſis Lucifer vmbris,
Primores Procerum quando patresq́; ſacrati
Romulidis parili tendunt ad limina greſſus,
Talibus atq; aliÿs ſoluentes vocibus ora:
Hortator ſcelerum veſcens vitalibus auris
Fœdus adhuc, tribus exactis quod ſolibus auras
Vitales iterumq́; haurire, atq; æthere veſci
Vellet, & exutos aſſumere corporis artus,
Nouimus, in vulgus voces has ſpargeret amens.
Ergò age curato cingi cuſtodibus vrnam,
Ne ſociÿ eripiant exanguia membra ſepulchro,
Et repleant falſis totam rumoribus vrbem,
Surrexiſſe virum, & vitalem carpere lucem.
Pontius hæc contrà: ſaxum obſignate, manuq́;
Armata (ſimul hanc monſtrabat) cingite ſaxum,
Extemplo ſignant ſaxum, & cuſtode coronant.

Arma-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Armatamq́; manum diſponunt marmora propter.
Nunc age lux oritur rurſum pulcherrima mũdo,
Altius hîc alis te Pieris effer in auras
Victor ouans Leo magnanimus de ſtirpe Iehudæ,
Deuictis tribus exultat pius hoſtibus heros,
Et ſua fulgenti figit ſplendore trophæa.
Mors iacet atra, gemit Dæmon, flet orbis & orcus,
Lex ſilet ipſa, iacet deuictus & orcus & orbis.
Ite animis contra vel Regem præſtet auerni.
O verè de gente poli quos maximus heros
Auro non rutilo, precioſa at cæde redemit.
Ite animis contra victos, victoria nanq́;
Vos penes eſt omnis, ſimul inſultate triumphis,
Ius habet in victos victor, non victus in vllos
Victores, mors atra iacet, iacet orbis & orcus.
Caput 28 Pallida in exequias Domini proh ſidere Phœbe
Lugenti Heſperijs iam rurſum fratris ab vndis
Regna morabatur, iam primi ſacra diei
Feſta propinquabant, cum Maria Magdalæna
Nominis eiuſdem tumq́; altera Maria curis
Irent ad tumulum luſtrandum ingentibus ægræ.
En motu horribili vaſtæ fundamina terræ
Intremuere, alto volitabat ab æthere præpes
Nam ſubitò aligera iuuenis de gente, recludens
Oſtia, & impoſitum vellens à cardine ſaxum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Ingentis tumuli, ſaxum ſuper ille ſedebat.
Forma coruſcantis ſed erat par fulguris, omnis
Candidior niue Riphæa fulgebat amictus.
 Aulica ſed pubes quibus & mandata ſepulchrũ
Seruandi fuerat cura, vt videre coruſcum
Veſtibus in nitidis iuuenem, magno eccè repentè
Examinata metu ſimiles hi membra ſepultis
Procubuere vnà, ingentẽ & ſonitũ arma dederũt.
Aliger aſt iuuenis trepidantem pectore toto
Fœmineum ipſe chorum verbis demulcet amicis:
Ponite corde metũ iuuenis pulcherrimus inquit.
Nanq; ego diſtentũ vos quærere in arbore Chriſtũ
Haud ignoro, latet tumulo hic non conditus vllo
Amplius, aſt nece deuicta rurſum æthere ſurgens
Veſcitur, vt dio prædixit ſæpius ore.
Quin veſtris monumenta oculis luſtrate, locumq;
Cernite, cui prius impoſitus requieuit & omnes
Hinc volucres properate gradus, et tendite greſſus
Vndenæ hæc procerum turbæ memorate fideles:
Surrexiſſe Ducem, & vitali veſcier aura
Heroa inſignem: Galilæas tendet ad oras,
Veſtraq; præuertet veſtigia præpete curſu
Obuius atq; oculis veſtris erit ille, profectò
Omnia veridico prædixi præſcius ore.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Nec mora, quin properè properãt, properãtq́; repẽ-
Spemq́;, metũq́; inter quo nũcia læta miniſtris (tè
Triſtibus heu nimiũ referant, iamq́; inter eundũ
Improuiſus adeſt ecce illis maximus heros,
Atq́; ait, ò matres ſaluete: at protinus illæ
Procubuere ſolo, & plantas tetigere ſacratas.
Quos bonus alloquio, & verbis erexit amicis.
Ponite corde metum dixit: quin nuncia ferte
Fratribus iſta meis, Galilææ, dicite, ad oras
Vt properè celerent, illic me nanq́; videbunt.
Iamq́; vbi figebat paribus veſtigia curis
Fœmineus chorus, ecce illic cuſtodia ſacræ
Vrnæ queis fuerat multum mandata, per vrbem
Attoniti errabant, Procerum & primoribus ægri
Cuncta recenſebant, qui mox ne diſceret acta,
Conſilia expediunt, populus, dehinc aulica pubes
Muneribus, doniſq́; vnà ſuperatur opimis.
Militibusq́; iubent his ſoluere vocibus ora:
Vt tenebræ, & toto volitabat ab æthere cœca
Nox, vbi iam dulci dederamus membra ſopori.
Fraudibus, en ſocij, & furtis exangue cadauer
Illius eripuere: immo ſi Pontius ipſe
Hauſerit hoc factum, facilè expugnabimus ipſum
Nil penitus dãni hinc vobis, nec cauſa pericli eſt.
Illi

Illi autem Procerum dona, & mandata ſequuti
Atq; vt erant docti ſic ſunt ſua verba profeſsi:
Nec mora, fama fuit totam vulgata per vrbem,
Et Solymæ populi didicerunt viuere Chriſtum.
Vndeni at Proceres Galilææ iuere per oras,
Monte ſub accliui atq; illic ſedere vocarat
Quo prius egregijs diues virtutibus heros.
Vtq; oculis hauſere Deum, & videre loquentem,
Procubuere ſolo, at dubius quos error agebat
Talibus alloquitur cœleſtis vocibus Heros:
Eſt conceſſa mihi cœli , terræq; poteſtas
Omnis, & imperium rutili ſuper æthera cœli,
Imperium ſine fine dedit Rex ætheris alti
Iam mihi, nec metas poſuit, nec tempora rerum.
Id mea fidi animis mandata capeſſite fidis.
Ite per extremi doctores climata mundi,
Ite pij extremos animis Garamantos ad indos,
Imbuite & ſacro cunctas vos dogmate gentes,
Terq; omnem ſacris hominem luſtrate ſub vndis,
Nomine cum patris, tum Gnati, & flaminis almi.
Atq; ea quæ toties docui vos, iuſſa capeſſant
Hæc eadem, verbis, dictiſq; hortemini amicis.
Ipſe ego nunc claro ſiquidē Dux poſcor olympo,
O Socij mecum per mille pericula vecti

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Triſtitiam nequaquam animis accerſite veſtris,
Quin mihi, quin ſummo læti confidite Regi,
Omnibus, extremi mundi dum venerit ætas
Corpore præſenti vobis ego ſolibus adſum.

SOLI DEO GLORIA.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

PETRI CREISBACHII DITHMARSI.

LIBER SECVNDVS CHRISTIADVM.

DIVVS MARCVS.

AD
MAGNIFICOS ET CLARISSIMOS
viros D. Hieronymum Oelgardum I.V.D. & illuſtriſs: principis IOHANNIS Senioris, Holſatiæ Ducis Cancellarium digniſsimum: & Dn. Georgium Beierum eiuſdem principis Secretarium & Conſiliarium fidelisſimum.

ROSTOCHII
EXCVDEBAT IACOBVS LVCIVS
TRANSYLVANVS.
Anno M. D. LXXV.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

M

CLA

TISS

nimo

prim

M

Egreg

Si va

Front

Carm

Egreg

Tu

Mirar

Oelga

Creisb

Ille v

Aony

Tunc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

MAGNIFICIS, CLARISSIMIS, PRVDENTISSIMISQVE VIRIS, DN. HIERO-nimo Oelgartio I. V. D. & illuſtriſsimi Holſatiæ principis Ioannis Senioris &c. Cancellario, & Dn. Georgio Beiero Secretario & Conſiliario fidelliſsimo.

M. PAVLVS OTTERBORNIVS
Pomeranus.

MAgnifici virtute viri quos maxima magni
Principis aula fouet, nomen quibus inclyta virtus
Egregium dedit, & tantos cumulauit honores:
Si vacat: & grauium permittunt pondera rerum,
Fronte bona dextraq́; bona cognoſcite veſtri
Carmina Creisbachij, veſtra qui carmine laudes
Egregio canit, & celſo vos æquat Olympo.
Tu verò tu præcipuè quem principis aula
Miratur, meritoq́; libens dignatur honore,
Oelgarti legum interpres doctiſsime, Muſas
Creisbachij hoſpitio excipies, tibi ſoluere grates
Ille volet, quando ſublimi in vertice montis
Aonij ſteterit, tunc te ſuper æthera tollet.
Tunc dicet, quanto ſinuoſa volumina legum

Euoluas ſtudio, quantus pietatis amator
Sis etiam, quantoq́; pios digneris amore:
Et quanto exſtirpes Zelo mala crimina, ſanctas
Quæ violant leges, atq; optima fœdera rumpunt.
Illius ergò faue cœptis, poſt ſeria ludi
Quando tibi veniunt, ſacros cognoſcere verſus
Creisbachij iuuet, æterni quibus optima Chriſti
Facta canit, magnumq́; libens veneratur olympũ.
Tu quoq; qui magna moderaris principis aulam
Beiere, Aonidum cultorq́; decusq́; ſororum,
Dexter ades, lege Creisbachij ſacra carmina vul-
Propitio, & ſanctas non auerſare Camænas. (tu
Aeolus eſto illi, vento domineris & auræ,
Daq́; rati illius Zephyros, da principis aulam:
Virtutes, laudesq́; tuas, nomenq́; viciſsim,
Ille canet, ſerumq́; adeò tranſmittet in æuum.
Sed quid opus multis? quis ſancta negocia Chriſti
Rectius aut curat, vel tantæ rectius aulæ
Conſulit, aut ſanctis citius dat præmia Muſis,
Quàm vos ò patriæ clariſsima lumina gentis?
Magnifici ſaluete viri, reſerate libenter
Principis egregij Muſis venientibus aulam.
Poſt obitum benefacta manent, æternaq́; virtus,
Nomen ab exequijs nobis quoq; maius in orbe
Muſa dabit, clariq́; eritis venientibus annis.
Viuite felices longæui Neſtoris annos,
Aethereas donec Ioua vos extollat ad arces.

MAGNIFICIS,

CLARISSIMIS, PRVDENTISSIMISQVE VIRIS, DN. HIERONYMO OELGARDO I.V. Doctori, & illuſtriſs: principis IOHANNIS Senioris Holſatiæ ducis, Cancellario digniſſimo, & Dn. GEORGIO BEIERO, eiuſdem principis Secretario & Conſiliario fideliſſimo.

HAud temerè doctis Xenophon apis attica dictis
Rettulit, & dextras plures & lumina plura
Regibus eſſe data, & Ducibus plus eſſe cerebri
Quam reliquis centum: quid luſit imagine dicti?
Naturæ reputat num monſtra horrentia Reges?
Magnanimoſúe duces Cyclopum ſcilicet inſtar
Artus induere & deformi incedere mole?
Non ita: ſed ſapiens præclara in imagine vates
Innuit Heroum naturam ſæpius acri
Conſilio, & magnum pendere ex mente virorum:
Sæpius inſignes quid honeſtum aut vtile quid ſit
Quid deceat, deceatq́ minus, non mole laborum

Perſpexere Duces, & ineſt quoq; regibus error.
Si crebrò admonitus tibi Paule Terentius vnquã
Faſcibus Auſonijs inſignis conſul in ipſo
Marte animũ facilem docta ad præcepta dediſſet
Non latio nimium maduiſſent ſanguine Cannæ,
Millia nec Pœnus trucidaſſet multa Quiritum
Siq; Alcibiadis præcepta Demoſthenis vnquam
Flexiſſent animum verſis tunc aſpera fatis
Sparta quidem fleres, & ahenus murus Athenas
Cingeret, atq; auidis foret vrbs nõ preſſa Tyrannis.
Sed quid ego hæc memoro, quid grata ingrata re-
Magnanimi pietate viri, probitate decori (uoluo
Et quos cana fides, & quos ſpectabile tollit
Conſilium ad ſuperas ſedes, & regna beata
Sit mihi vobiſcum fas, & reuerentia iuſta
Pauca loqui, & doctas verbis attendite mentes,
Pauca loquar ſed vera loquar non arguet vnquã
Me falſi vlla dies: Roſeas cum prima per oras
Fama tulit, veſtrumq; mihi iã quando per aures
Nomen ijt, laudesq; adeò cum Muſa recluſit
Innumeras veſtrum, obſtupui, nec credere dictis
Adductus potui certè rationibus vllis
Fortunam iunxiſſe duos tam compare fidam
Sorte viros, ſimili pietate, & moribus ijſdem
Integritate pari, pariliq; & dote, diſertum

Vtrumq;

Vtrumq; & pariter conſtantem rebus in ipſis
Quantumuis grauibusquantumuis ſæpè ſupremis
Nanq; inimica diu toti durabile mundo
Nil fortuna ſinit, potius ſors inuidet orbi
Vtiliora, boni vel quod conceſſerit vnquam
Diſtrahit, aut abolet rurſum. diſcordia magnos
Friuola ſæpè animos inuaſit, pondera nexu
Quæ firmo manſere diu, diſcordia ſoluit
Improba, & in nihilũ pulchrè præſumta redegit.
Id magis atq; magis certè hæc ſub corde volutans
Miratus fortuna tuas ſum perfida mecum
Sæpè vices. nec enim ceſſas nutare ſubindè
In caput inq; humeros nũc huc nũc flectis et illuc
Et ſubitò facies tua cum pulcherrima ridet
Frangitur, & media lætantem parte relinquit.
Sæpè tuas fortuna vices dum voluo reuoluo
Admiror magis vſq; magis, cum fama tuliſſet
Magnanimũm tandem nomẽ mihi prima virorũ.
Cur paterere duos claros inſignibus auſis
Degere coniunctos, ſtabiliq; in ſorte manere,
Cur non diſtraheres inimicæ & ſemina litis
Spargere cœpiſſes, reprobis ſunt omnia plæna
Veſtibulum plænum, fora plæna atq; atria plæna
Vrbs plæna eſt, vicus plænus, tumq; aula referta:
Sed rarò fortuna duos, vix ordine vel tres

 Coniun-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Coniunxit ſimili pietate, & moribus ijſdem.
Eſt breuis, & tenuis numerus mihi crede bonorū
At contrà inmenſus reproborum eſt ordo virorum
Vix bonus è multis exiſtit millibus vnus.
Hic pia diuini aſpernatur dogmata verbi,
Hic inhiat lucro, nec herilia commoda ſpectat,
Tertius accendit non iuſta ad prælia Reges,
Quartus at expilat, rapit, exedit, abſtrahit, aufert
Faſcibus Heroum qui parent ſponte ſuperbis.
Vnus at econtrà, vix & milleſimus vnus
Stat contrà, atq; bonos iuſtosq; piosq; tuetur
Difficile, inuidiam tolerans inimicaq; corda
Excipiens, Domini ſua non hic commoda ſpectat.
Id miror magis atq; magis ſors improba mores
Quid modò mutaris, ſolita nec luſeris arte
Vlterius: mihi ſed redijt cum priſtinus ardor
Veraq; mens redijt, præclari Principis vna
Cura fuit mores, cultamq; expendere vitam.
Stat mores luſtrare omnes, fidosq; miniſtros
Cernere mecū animo, tū prouida prendere corda.
Vndiq; fama fidem firmat, dicta antè tuetur
Fama Ducem eximium & veræ pietatis amantē
Et veterum ex numero Heroum prodire probato
Pectore conſtantiq; adeò ſuper omnia mente,
Quiq; ſatellitium reproborum pellat ab aula,
Quiq; leues animos ad furtaq; turpia corda

Inge-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Ingenioſa fuget: ſed qui conmercia ſancta
Toto animo foucat, toto amplectatur amore
Et iuſtos fidei ſpectatæ: ſæpius aula
Dux, ait, extemplò magnus, diſcedat, id ipſum
Præcipio quemcunq; nigrum iuuat eſſe malumq́;
Qualis enim Princeps talis quoq; ſubdita turba eſt
Hinc quoq; dũ reliquos longo luſtro ordine mecũ
Inſignes pietate viros: ſuper æthera tollit
Fama duos Oelgard iuris legumq́; patronum,
Teq́; vna Beiere virum ſuper æthera notum,
Dextera quorum alter laudati Principis extat,
Lumen at exiſtit præclari Principis alter
Egregij pietate viri ſuper æthera noti,
Quos vbi luſtraui propius, ſpectataq́; vidi
Pectora, mecũ animo verſo haud temeraria læto
Talia, deq́; improuiſo ſic ora reſoluo:
Felicem nimium cunctaq́; ex parte beatum
Eſſe Ducem reor hunc quem ſic fortuna beauit
Cuï magnos pietate viros, virtuteq́; claros
Adiunxit ſocios rerum feliciter vſq;
Sæpe gerendarum, quem ſic fortuna beauit
Vt ſimiles magno pietate, & moribus ijſdem
Iunxerit ipſa Duci, & fidos ſociârit Achates:
Felices nimium terras, & regna beata
Hoc Duce, felices terras & regna beata
Conſilijs vbi ſunt laudati Principis æquis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Tales nempè viri adiuncti pietate fideq́;
Inſignes, non Autolici, Caciq́; rapaces
Sed qui magnanimum ad metam virtutis euntē
Sponte Ducē accendunt & pronū pectus ad omne
Iuſtitiæ munus cingunt, ſublimia porrò
Pectora ſic monitis flectunt Auguſtus vt alter
Iure queat dici, qui ſæpè minantibus vltrò
Peccati veniam dedit, hoc vt Iulius olim
Auſoniȷ̈s Cæſar primus ſub faſcibus oris
Præſtitit & paruis contentus ſæpè piaclis
Ingentis veniam conceſſit criminis vltrò.
Non illi abſimilis qui vitæ munere ciuem
Vnum donare, & crudeli à funere mallet
Incolumem ſeruare, duo quam millia forti
Hoſtilis trucidare manu atq; occidere Turmæ.
Huic ſimilis qui grande nefas & morte piandum
Ducebat, ſi non fidis quod munus amicis
Vel regali aliȷ̈s ſoluiſſet munere dignis
Quoq; die, & dulci ſibi conciliaſſet amore.
Et Phario ſimilis virtuti præmia diæ
Qui poſuit ſemper, Philadelpho pectore promto
Omnia quid memorem laudati principis acta?
Qui proprium virtutis opus ſibi iudicat eſſe
Tota perpulchrè de poſteritate mereri.
Felices nimium populi terræq́; beatæ
Hic vbi conſiliȷ̈s tales adhibentur honeſtis

Quos

Quos nemo culpare queat, vel Zoilus ipſe
Si vellet minime poſſet, rabidoq́; furori
Parceret, & iuſtos inuitos diceret illos.
Felicemq́; meam patriam ſub Principe tali
Sub grauibus pietate viris & pectore iuſtis
Qualis & Olgardus iuris legumq́; patronus
Qualis Beierus quo non virtutibus alter
Inſignis magis, exiſtit, non damna timebit
Subdita turba, viris vnquam Rectoribus illis:
Nec patriæ cladem nec damna propinqua timebit
Agricola, & tutus mandabit ſemina ſulcis.

Me quoq; felicem magnaq́; ex parte beatum,
Aonidum verè ſtudijs fautoribus illis,
Candida non certè pietas operoſaq́; virtus
Theſpiadum officiunt pulchris conatibus vnquã.
Me quoq; felicem, magnaq́; ex parte beatum
Vatibus Aonijs verè fautoribus iſtis.

Magnanimi ſaluete viri, generoſaq́; corda
Fautores Phœbi, & veræ virtutis amantes.
Tuq́; Olgarde meis nunquam reticende Camœnis
Tuq́; adeò Beiere meis chariſſime Muſis
Saluete inſignes pietate, & fortibus auſis.
Quodq́; opus incepi primum iuuenilibus annis
Quarta mihi & cum non viceſima venerat ætas
Hoc precor aſpicite, & ſolito foueatis amore.
Principis egregium pectus ſibi vendicat vnum

De nu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

De numero librum, vobis ſed iure ſecundus
Debetur, vobis claris præſtantibus auſis
Egregÿsq; viris, vobis mea carmina ſacro
Et modo ni mentem, præſagia plurima fallunt
Non mihi fautores ſors conciliauerit vnquam
Felices magis, & timidis mage pectora Muſis
Grata meis. nec enim vobis fautoribus vnquam
Carbaſa diſcutiet flatu minus acta ſecundo
Eurus & aduerſis Zephyrus non irruet vndis.
Magnū opus ingreſſus, magnorū vbi meta laborū
Sera procul ſpectat portum finemq; ſecundum.
Innumerusq; fuit labor innumerusq; canenti
Rectat adhuc verè vatum monumenta piorum.
Multa etiam poſſent animum terrere ſubindè
Monſtra, quibus magni vates terrentur vbiq;
Siq; licet magnas modò res componere paruis
Aurea magnanimi non vnquam Muſa Maronis
Nobile vatidici non vnquam carmen Homeri
Obtrectatorum effugit dicta improba, paſſim
Mæuius & Bauius rabidis ſua vocibus ora
Exacuunt, carpuntq; pios, lacerantq; labores.
Hei mihi quā multi nunc paſſim inſtare videtur
Ora exertantes promta ad conuitia fœda.
Hei mihi, carminibus non noſtris Zoilus vnus
Obſtat, & exhibitos carpit ſine fine labores.
Non ita Treiciæ lacerarunt Orphea matres

Vt fa-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Vt famam nomenq́; meum; mea carmina porrò
Vituperant multi, nec iuſti iudicis vnquam
Officium expendunt, melius qui carpere perſtat
Obtinet hic laudem inſignem, nomenq́; meretur
Eximium facto, rabidis & vocibus ingens
Parturit ille decus: neſcis temerarie neſcis
Inmenſus labor eſt non extra limitis oras
Verſari, ſtrictamq́; inter conſiſtere metam.
Pierides lato gaudent decurrere campo
Liberiori aditu multisq́; ambagibus ornant
Nobile Theſpiades carmen, cupiuntq́; videri
Suauiloquæ, blandæ, mira & dulcedine ludunt
Aſtrictæ minimè verbis, pro rebus vbiq;
Verba legunt, res pro verbis finguntq́; canuntq́;.
Semper at in certis pulchrè conſiſtere metis
Vertere & in numeros ſacrata volumina vatum
Hic labor hoc opus eſt, pauci quos æquus Apollo
Iuuit ad hos ſeſe recte accinxere labores.
Multi etiam ſtudijs, multi iuuenilibus auſis
Hoc opus aggreſſi, ſed mox in limine primo
Abiecere iterum ſuppreſſi mole laborum
Ergò age qui carpis, laceras quiq; omnia morſu
Hoc opus aggredere, & finem præſcribito votis,
Sat ſcio multa quidem tibi ſponte fatebere curſum
Præcluſura, graues agnoſces ſæpè labores
Inuidia vlterius nunquam liuebis, & vltrò

Aequus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Aequus eris ſacrum modulanti carmina vatum
At tua me terrent nil improba Zoile dicta
Perge modò, in noſtram temerarius irrue Muſam
Quodq; facis malè vitupera, qui nulla profectò
Laude facis digna, at fraudē ingenioſus ad omnē
Irritas alios. en fœdæ ſibila linguæ
Eÿce, ſunt alÿ qui non ſurgentis honori
Obſtabunt, animoq́ pio vultuq́ benigno
Carmina ſuſcipient, iucundum & calcar eunti
Subÿcient, alÿ digni qui laudibus extant
Hoſpitio excipient timidas trepidasq́ camœnas
Atq; patrocinium illarum cauſſamq́ benigni
Sponte tuebuntur: tuq́ ingenioſa iuuentus
Non quæ ſcommatibus laudem venaris inanem
Dedita ſed ſtudÿs, ſacræq; & Apollinis arti
Demulces tereti roſei pulcherrima verſu
Carmine & inſigni decantas littora Varni,
Tu modò Creisbachio faueas, nil ſpicula linguæ
Dira venenatæ, tum ſcoptica corda moramur.
Ad vos ſed redeo ſapientia pectora, laude
Eximÿ Proceres decorati & fortibus auſis
Annuite, & noſtras animo vultuq́ camœnas
Excipite in Muſas ſolito, vatesq́ benigno
Sacra cano odiſtis toto nam corde prophana,
Obſceniq́ fugit veſtras quoq; carminis aures
Autor, & à veſtris procul improbus exulat oris
Obtre-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Obtrectatorum Bauius Dux tumbaq́; prima
Vos vos ſuſcipite, & nutantem ad pondera tanta
Fulcite, atq; animi ſpem factis reddite firmam.
Quicquid id eſt quodcũq; meis ſtudioſa Camœnis
Poſteritas debet, debebit iure iuuentus
Acceptum referet vobis, & præmia reddet
Nomina cum nunquam veſtra inuidioſa vetuſtas
Oblinet & memori nunquam vos eximet æuo.
Horrida noſtra licet videatur carmine Muſa
Sit tamen hæc animi indicium, ſit pectoris illa
Signũ aliquod grati: non omnibus omnia quadrãt
Certa vbi præpoſita eſt modulanti carmina vati,
Attulit ingentes ſententia ſæpè labores
Vera, phraſis ſecum tulit hinc incommoda multa
Verbaq́; non rebus quadrant Phœbæa ſacratis
Semper, & eſt aliud Paulus, quã Muſa Maronis.

At vos Magnifici Proceres pietate fideq́;
Egregij virtus quos nobilis æquat olympo
Quos pietas nitidis pulcherrimaq́; inſerit aſtris,
Pro vobis ſubij gratus quem ſponte laborem
Cumq́; autore ſuo dulci foueatis amore
Et me magnanimo Heroi, mea carmina porrò
Inſigni pietate Duci modò mentibus æquis
Offerte, & noſtras laudate ex parte Camœnas
Annuat ille modò, & verſu ſublimior ibo
Proderit haud quicquam generoſi maſſa metalli

Sæpius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Sæpius artificum niſi fors poliatur ab arte,
Sic perit ingenium, ſic vis animoſa recumbit
Excitet hoc niſi Mecœnas, & calcar eunti
Subijciat, perit omnis honos cum vate Camœna.
His tu magne vale Themidis legumq́; patrone
Olgarde, & ſimili Beiere in munere iuncte
Vir præſtans pietate, meis cariſſime Muſis
Si mea quid poterunt fortaſſis carmina, longa
Annorum ſeries, non inuidioſa vetuſtas
Nulla dies vnquam memori vos eximet æuo.

V. Excel.

addictiſſ:

Petrus Creisbachius
Dithmarſus.

LIBER

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

LIBER SECVNDVS CHRISTIADVM.

HAnc quoq; Chriſte tuas modulor dum
carmine laudes,
Dum tua facta cano ſanctiſsime reſpi-
ce partem,
Et mihi nanq; potes, cœleſti flamen ab arce
Mitte tuum, & vires cantandi, & ſuggere mentē.
Si modo fata ſinent, nec ſors me deſeret æqua,
Carmine tu noſtro inſignis dotaberis heros,
Paulatimq; tuo magnum de nomine nobis
Surget opus, quo te cecinerunt carmine vates
Matthæus, Marcus, Lucas, & diuus Ianus,
Quatuor inſignes monumēto, & carmine vates,
Pieris hoc ipſo ſignabit & ordine noſtra,
Facta tua æthereum longè ſuperantia olympum.
Pectore magnanimus qui te quoq; poſt modo iun-
Intrepido vates teſtatus, dogmata Paulus (gam
Qui tua ſectatus per mille pericula vitæ.
Hinc reliquos numero Proceres mox ordine cōdā
Cunctaq; ſub varijs quo mœnibus acta fuerunt,
Acta ſed à ſocijs, & fidis Chriſte miniſtris
Cuncta tuis: faueas noſtris Rex maxime cœptis
Quem pro te ſubij non auerſare laborem:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Caput I

Incipit hîc ſeries, hîc primus & incipit ordo
Nuncia de Chriſto referens lætiſsima Ieſu,
Qui patre cœleſti ſatus eſt, à virgine caſta
Induit aſt maſſam vitalibus editus auris,
Edidit vt vates venturi præſcius olim:
Aligera de gente meum tibi mitto miniſtrum
Compita cunctarum vt dolet ſalebroſa viarum,
Planiciem inducat ſolidamq; accliuibus ille
Montibus, & valles deiectis montibus æquet:
En vox alta locis reſonat præconia ſolis:
Sidereo planos Domino deducite greſſus.
Magnus in vmbroſa vates degebat eremo
Iohannes, ſacriſq; homines luſtrabat in vndis,
Multa ſuper Chriſto memorãs ſuper æthere multa,
Dictabat populo lethum, pœnaſq; propinquas,
Crimine at ablato Superos, cœlumq; propinquum
Omnibus ingenti ſtudio referebat, & illum
Terra palæſtina, & Solymorum mœnia porrò
Acceſſere vnà, & ſacro baptiſmate cunctos
Abluit irriguis vates Iordanis in vndis,
Criminis ablutos piguit ſceleriſq; nefandi,
Conmiſſum doluere nefas, & dira parentum
Crimina luſtrati irriguis Iordanis in vndis.
Ex pilis conſutus erat ſed vatis amictus
Egregij excerptis hirti de pelle Cameli,

At taurina ſacros cingebant balthea lumbos
Ex querulis epulæ, & ſylueſtri melle, cicadis
Vatis erant: magnis ſoluens ſua pectora dictis
Teſtor ait, magnum paruo poſt tempore vatem
Venturum, ſiquidem cui non me dignor honore
Illius vt ſacris ſoleas ego nempè miniſter
Expediam plantis, ego vos modo luſtro ſub vndis
Hic vos ætherei perfundet flaminis igni.
  Temporis interea Galilæis Chriſtus ab oris
Mœnia Nazaræ linquens cultiſsima, venit,
Mergeret irriguis vt ſe Iordanis in vndis
Aſpergi & ſacro iuſsit baptiſmate Iano.
Rurſus vt exiliÿt lymphis, mox àtria cœli
Vidit aperta, & dehinc tranare per æthera purum
Sub nitidi effigie flamen cœleſte columbi
Quod ſuper Heroem ſeſe demiſit: & ecce
Maximus hauritur concentus in aere, non vox
Illa humana fuit, ſed cœlo agnatior ipſi
Longè erat: es verè mea tu dulciſsima proles
Quæ placet ex imis mihi ter ſuauiſsima fibris.
  Spiritus æthereus poſt ad loca ſola reduxit
Heroa atq; illic peragraret lampade Phœbus
Quatuor inmenſi decies dum ſidera cœli
Hæſit, & à ſtygio eſt vexatus ſæpe Tyranno.
Ipſe feras habuit ſocias, de gente miniſtros

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Siderea aſt habuit promte ſua iuſſa ſequentes.
Iamq́ue vbi cœleſtes triſtiſsima ſtrinxerat aures
Fama Dei, fœdo Iohannem carcere ſeptum
Piſcoſæ petijt Galilææ littora, & illîc
Nuncia de celſo ſparſit lætiſsima cœlo,
Sæpius & tales profudit ab ore loquelas:
Tempus adeſt iuſtum, verè irreuocabile tempus,
Affore quod toties vates cecinere priores,
Tempus adeſt inquam verè irreuocabile tempus,
Gratia iam cœli credentibus alma propinquat,
Crimina quin iuſto conmiſſa piate dolore
Credite quin dictis, & ſacris credite iuſsis.
Vt ſpaciaretur Galilæi in littore ponti
En ſua cœruleæ tendentes retia genti
Fortè duos offendit ibi, viditq́ue Simonem
Illius & fratrem Andræam quos talibus heros
Affatur: parili mecum veſtigia greſſu
Figite, nanq́ue ego vos poſthac humana docebo
Pectora captare, & ſubitò ſua retia moti
Abiecere viri, & gradientem paſsibus æquis
Sunt comitati, illo iam paulim à litore flectens
Vidit Iacobum, ac Iohannem ad tranſtra ſedentes
Germanos ſiquidem coniunx quos edidit olim
Caſta Zebedæo. iam rurſum retia fracta
Conſuere, his itidem ſanctiſsimus innuit heros.

Protinus

Protinus illi autem puppi & genitore relicto,
Cum ſocijs recto comitantur tramite Chriſtum.
  Hinc properos tendẽs greſſus Capernaũ ad vrbẽ
Iamq; vbi feſta dies, & erant vbi Sabbatha ſacra,
Tecta paleſtinæ ingreſſus fuit ampla Scholarum
Gentis, & æterni reſerauit dogmata patris:
Miratur populus, Proceres mirantur & ipſi
Sacra recenſentem. & fundentem verba diſerte.
Omnia nam ſtudio ingenti peragebat, inanes
Non vaniloquis Phariſæi guttura dictis
Soluentes, ſed erat populum pia cura docendi,
Omnis in æthereo ſtabat ſed dogmate cura.
  Obſeſſum ſtygius ſtimulis agitabat amaris
Heu hominẽ nimium Dæmon lachrymabile viſu.
Scilicet in tectis vbi Chriſtus ſacra docebat
Iuſſa patris: diro aſt tenebrarum Rex vlulatu
Vociferabatur: Nunc ò nunc Chriſte faceſſe
Quid tibi nobiſcũ eſt? veniſti huc heî male quo
Torqueres, equidẽ præſentia numina noſco, (nos
Noui equidem quod ſis cæli indubitata propago.
Chriſtus at increpuit ſtygium mox ore Tyrannum,
Tuq;, ait: obmuteſce citò, te hinc ſedibus iſtis
Heus apage, at Dæmon multũ indignatus ab illis
Sedibus expelli ſeſe, crudelibus ora
Rictibus heî hominis miſere diſtorſit, & inde

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Cum fremitu ingenti nigrum diſceßit ad orcum.
Hauſit vbi populus ter magni ingentia vatis
Facta, animo obſtupuit, ſaxoq́; ſimillimus hæſit.
Hinc quis, ait, tantus præſenti numine vates?
Quis vir? quæ doctrina noua? & quæ dogmata
Nanq; minis iubet hic cocyti cedere diris (porro?
Regibus, & ſubitò indignantes iuſſa capeſſunt.
Magnaq́; mox cunctas Galilææ fama per oras
Illius huc illuc ter facta ingentia ſparſit.
Iamq; vbi ſacra ſimul liquerunt tecta Scholarũ
Recta Simonis & Andrææ quo duxit ad ædes
Semita cum ſocijs Iohanne & fratre Iacobo
Deflexere gradus, febri correpta ſed acri
Ipſa nurus Petri lecto ſua membra fouebat
Ille vbi ſed didicit correptam membra dolore
Aegra nurum Petri, mœſtum mox ante cubile
Conſtitit, & dextrã apprendit bonus inde cubãtis,
Torridaq́; extemplò ceßit de corpore febris
Officijsq́; pijs ſeruiuit ſedula Chriſto.
Viſerat extremos rutilanti lampade Phœbus
Antipodas, rueret cum iam magno Oceano nox
Præcipitata, ægros & triſti membra dolore
Confectos, ſimul & quos trux agitabat auerni
Ante fores cumulo ingenti poſuere recluſas,
Ingentes vero turbæ, innumeræq́; cohortes

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Vndiq; ſtipabant magni domicilia tecti.
Ille bonus medica correptis membra dolore
Arte iterum vires ſacri ſpiramine verbi
Reddidit, & ſtygios hinc Dæmones expulit, illis
Copia nec fandi eſt data, nec conceſſa facultas.
Vatem enim norant cœli omnipotentis alumnũ.
Admonitrix operum cũ nondũ aurora fugarat
Nigrantes penitus tenebras, ſe mœnibus vrbes
Extulit egregius cum vates, ſola petiuit
Et loca, ſidereo perſoluens vota parenti.
At Petrus, & ſocij celeri veſtigia curſu
Torſerunt, vt eum viridis per iugera campi
Luminibus veſtigarent, quem protinus illi
Vt videre oculis, hortati, aduertat ad vrbem
Indagare etenim, plebemq; inquirere Chriſtum.
Chriſtus ad hæc contra: vicina per oppida greſſus
Flectite quin potius, quo ſacra hïs iuſſa recludam,
Sacra mihi incumbit nam dogmata cura docendi
Ventum vbi iã fuerat vicina ad mœnia Chriſtus
Publica, tractabant vbi dogmata, tecta ſubiuit,
Turbaq; multa virûm dependit ab ore docentis
Dogmata ſiderei, ſacro, cæleſtia patris.
Nigrantes pepulit ſocios hinc ſedibus omnes
Humanis, vireſq; ægris ſuffecit amicas.
Hæc vbi: vir toto infectus qui corpore lepra

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Poplite ſufflexo querulum profudit ab ore
Carmen, & hæc miſerè ſuſpirans dixit, Ieſu
Si modo vis totum potis es me reddere mundum.
Non illum patitur iam victus plura profari
Heî querulis precibus Chriſtus dextrãq; prehẽdit
Squalentis lepra: volo, dixit, lepra recedat.
Tuq; adeo nitido nunc eſto corpore mundus,
Vix ea, cum cunctis diſceßit lurida membris
Lepra, niue & rediȷ́t riphæa in corpore ſplendor
Candidior: non hæc vlli mea facta recludas
Inquit, Thuricremis imponito munus at aris,
Legifer vt vates hoc ipſum prodidit olim.
Vix è conſpectu ſiquidem ſanatus Ieſu
Venerat, huc, illuc cunctis recluſit vt oris
Ipſe ſacri ſtudiȷ́s ſummis ingentia vatis
Facta, pari officium ſubiens cum Stentore, voce.
Nec poterat velut ante ſacer, per mœnia vates
Vlterius tacitè ſacratos tendere greſſus,
Sed deſerta adiȷ́t rellictis mœnibus vrbis
Mox loca, quo turbæ ingentes, multæq; cohortes
Mœnibus ex cunctis, venere ex omnibus oris.
Caput 5 Iamq; iterũ atq; iterũ Phœbus pèragrauerat orbẽ
Quando relegit iter Chriſtus Capernaũ ad vrbem.
Non tulit aligera hoc ſed cunctã fama per vrbem
Aduentaſſe virum, vulgauit, numine dio

Præſen

Præſentem, & iuuenem inſignem cæleſtibus auſis
Ilicet huc tota paſsim concurritur vrbe,
Nec locus vlterius populis tot ſufficit vllis,
Non fora, non tecta has capiũt, nec limina turbas
Veſtibulum plenum, populo tectũ omne refertum.
Parte ſed hinc alia geſtantes nempe grabato
Cernere erat membris hominem neruisq́ ſolutũ,
Haud locus, haud aditus fuit hîc geſtãtibus vllus,
Ergò viri ſubitò tecti faſtigia ſcandunt,
Tegulaq́ à tectis vi magna auellitur ipſis
Hîc vbi Chriſtus erat, poſt demiſere grabatum
Languida quo nimiũ iuuenis ſua mẽbra fouebat.
At cum tanta fides, anĩmis fiducia tanta
Cum foret, his heros affatur vocibus ægrum:
Quin age gnate animo modo ſidera concipe læto
Obruta Lethæis nam ſunt tua crimina lymphis,
Aſt ablata tibi peccati maxima moles.
Talia vt hauſerunt Phariſæi, pectore ſecum
Plurima verſabant: fœda hic conuitia Diuis
Quid facit? aut vlli veniam conceſſa facultas
Eſt dare præterquam Superis? virtute ſuperna
Confeſtim didicit qualis ſententia mentes
Verſaret reprobas aulæ cæleſtis alumnus:
Impia cur veſtras ait hæc ſententia mentes
Occupat? an facile eſt magis, ægro dicere, fœda

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Crimina ſunt conceſſa tibi, vel dicere porrò
Surge tuumq́; vnà nunc tecũ auferto grabatum?
Vt tamen æthereo, cœli, terræq́; potentem
Patre Deo genitum verè luſtretis, & illum
Peccatis veniam in terris concedere poſſe.
Surge age, dico, thorũ tecumq́; hinc protinus aufer,
Nec mora, collectis, iuuenis ſtetit ordine ſtratis
Integer, adq́; lares cunctis luſtrantibus iuit.
Hauſit vt hæc oculis populus, monumenta ſacrati
Suſpexit meritò vatis, Diuisq́; ferebat
Laudibus haud fictis encomia plurima, turba.
Edita nec vidiſſe vnquam miracula tanta
Vnanimes plæno mox pectore teſtabantur.
Hinc ſpumantis iter vicina ad littora ponti
Flexit, & ingentem traxit poſt tergora turbam.
Imbuit æterno ſanctus quam dogmate doctor.
Iam caua præteriens reſonantis littora ponti
Publica ibi offendit Leui per compita gnatum,
Alphæi exigere æra, pius quem talibus heros
Affatus: pariter Leui veſtigia mecum
Figito: ſurgebat Leui dicto ocyus iſto,
Atq; ſequebatur gradientem tramite Chriſtum.
Vtq; lares patuli diuino carmine tecti,
More ſalutarant patrio, menſisq́; parati
Aſſuerant, ruit eccè ingens mox turba virorum

Mole

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Mole grauatorum peccati, epuliſq́; repentè
Accumbunt ijſdem, magno cum vate, miniſtris
Cumq́; pijs Chriſti, quos vt Phariſaica turba
Luſtrauit dapibus cum Chriſto veſcier ijſdem.
Talibus excepit ſocios Chriſtiq́; miniſtros:
Vſq́; ſatellitium reproborum, dicite, veſtrum
Delectat Dominum, vt menſa dignetur eadem
Criminibus, furtiſq́; inſignes: audijt heros
Talia, & econtrà Phariſæis reddidit iſta:
Sunt quibus in ſaluo ſaluæ iam corpore vires,
Arte machaonia, Phœbiq́; potentibus herbis
Non opus eſt, medicos ægrorum turba requirit.
Non iuſtos ego, criminibus, furtiſq́; notatos
Sed magis huc veni, quò cœli ad ſidera ferrem.
 Diſcipuli verò magni ieiunia vatis
Irriguis homines qui tot luſtrarat in vndis
Iordanis, ſocij quos & Phariſaicus ordo
Doctrina imbuerat creberrima ſuſtentabant.
Id de plebe viri dictis affantur Ieſum
Talibus: en comites Baptiſtæ, & turba virorum
Pontificum inſtruxit quam dictis ordo ſacrorum
Aſsiduè macerant quid nam ſua corpora, cunctis
Dum parcunt epulis, longa & ieiunia tractant.
Erudis aſt contrà quos tu Cereremq́; Lyæumq́;
Aſsiduè libant, dapibuſq́; & viſcera replent?

Chri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Chriſtus ad hæc: Sponſus ſua dū conuiuia præſens
Exhibet, an fas eſt, dulces ieiunia longa
Conuiuas tractare, epulis & parcere gratis.
Olim tempus erit Sponſus cum deſeret illos,
Longaq́ʒ non longo ieiunia tempore ſoluent.
Tunc poſitis diſcent epulis hi parcere mæſti.
Nemo adeò inſipidus laceris vt veſtibus vnquā
Arte laborato de panno nuper is vllam (eſt
Particulam, aut rimis bipatentibus inſuat, ipſe
A ſciſſura etenim pannus diuellitur, atqʒ
Deterior fit rima ſimul, ſpumantia tritis
Non benè creduntur ſic & vina vtribus, ipſum
Diffluet è laceris mox vtribus vndiqʒ vinum,
Debentur ſolidis ſed vina recentia vaſis.
Feſta dies aderat, peragūtur Sabbatha quando,
Per Cererem frugesq́ʒ iter vt comitatus habebat
Diſcipulis Chriſtus, ſocij flauentis ariſtas
Dona Deæ interea vellebant, protinus autem
Id ſecum ſtomachata fuit Phariſaica turba:
Nonne vides inquit ſocij quæ crimina patrent
Feſto fœda die? contra quam talibus heros
Excipit: an ſacrūm diuina volumina vatum
Non hauſiſtis vti, cum res, & tempora ferrent
Pulſus in exilium ſocijs comitantibus iret
Pſalmographus vates, ſacrati limina tecti
Ingreſ-

Ingreſſus fuerit, Procerum tu quando ſacrorum
Abiathar ſupremus eras, Cereremq́; ſacratis
Libatam ſocÿs contra fas, iuraq́; veſtra,
Viſcere condiderit cupido, & comitantibus vnà
Hāc dederit: ſed vera loquor sūt Sabbatha propter
Mortales ſancita, homines non Sabbatha propter.
Ergò Deo genitus, feſtis quoq; iure diebus
Imperat, & Dominus ſub ſe quoq; Sabbatha cēſet.
Iamq; iterum ingreditur ſacrati limina tecti capit 3
Atq; illic hominem manuum cui dextera, vidit
Arida pendebat ſicco de corpore trunco.
Aſt ſtudÿs obſeruabant ingentibus illum
In quoſcunq; dolos Phariſæi fraude parati,
Scilicet an feſtis medica fors arte diebus
Sufficeret vires ægro, tum membra iuuaret
Torrida, quo tandem poſſent hinc carpere iure,
Et de iure ſacro rabidas intendere lites
Heroi, & triſti multarent funere tandem.
Chriſtus at aruerat penitus cui dextera, tendas
Huc ait in medium: Phariſæos deinde prophanos
Talibus affatur: feſto ego quæro diebus
Commoda vel potius, præſtanda incōmoda ſint ne?
Fas hominem ſeruare, atro vel mittere letho?
Conticuere omnes, ſceleratiq́; ora tenebant,
Tunc magna intuitus phariſaica feruidus ira
Agmi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Agmina, Chriſtus ait, languentē extendito dextrā
Redditaq́; eſt homini æquè agilis manꝰ vtraq; ver-
Nec mora conſilia expediunt Phariſaica dira (bo
Agmina, in auxiliū hinc accerſitur aulica pubes,
Nempe ſatellitium Herodis, quo funere mulctent
Inſignem iuuenem, & priuent vitalibus auris.
Chriſtus at è contra ſceleratos prendit vt aſtus
Cum ſocijs mare veliuolum petit, vndiq; turbæ
Accitæ ſtudijs inſignem heroa videndi,
Mœnibus ex cunctis magnum comitantur Iëſum.
Illic cernere erat, Galilææ mœnia terræ,
Illic Iudæam, & Solymorum tecta putares
Siſtere, Idumæi hîc Proceres, Iordanis & vndas,
Trans volucris gentes ſtudijs venere videndi,
Et qui præterea confinia littora Tyri
Sidoniſq́; habitant, properarunt omnibus oris
Exciti cuncti ſtudijs Heroa videndi.
Chriſtus at ipſe ſuis hæc dat mandata miniſtris
Nauim in conſpectū referant quā ſcandere poſſint
Cominus atq; oculis metiri littora, turbæ
Ne cinctum premerent penitùs, nanq; ille leuabat
Vexatos ſiquidem morbis atrocibus, ipſum
Vſq; adeò vt premerent cunctis à partibus ægri.
Nanq; ea ſola animis ſtabat fiducia mœſtis
Vna ſalus miſeris, artus attingere ſacros.

Atq; vbi Tartarei vatem videre Tyranni
Procubuere ſolo, & pulſarunt littora fronte.
Tuq; Dei ſoboles verè es veriſsima veri
Vociferati, illos dictis aſt acribus heros
Increpuit, ne ſe vulgarent vndiq; verbis.
Protinus hinc montem Chriſtus contendit in altũ,
Biſſenosq; vocat Proceres, fidosq; miniſtros,
Pellere vim ſtygio dedit his de fonte Dracones
Tartareasq; dedit vim poſſe fugare Chymæras,
Carnificesq; adeò de corpore pellere morbos,
Et virides membris vires, ſolitumq; vigorem
Sufficere, & triſtes in priſtina vertere mentes.
Hæc bis ſex Procerũ ſunt ordine nomina: Simon
Cui Petri impoſuit nomen ſanctiſsimus heros.
Maior Iacobus, Iohannes frater vterq;
Patre Zebedæo generati, magna Bnehargen
Nominaq; his dedit, à tonitru genitosq; vocauit.
Andræasq;, Philippus, Bartholemæus, & indè
Matthæus, Thomas, Iacobus patris alumnus
Alphæi, Taddæus & è Cana Galilææ
Simon, & Iſcharioth Iudas qui prodidit illum.
Aedibus hinc iterũ ſuccedunt, turba ſed ingens
Proruit extemplò, requiem ſpaciumq; fouendi
Viſcera non illi conceſſa, hauſere ſed intrò
Talia cum ſocij, curis carpuntur amaris.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Atq; inhibere ſtudent herôa, & vertere dictis
Nanq; ea perſtiterit, referũt, ſi forſitan actum eſt
De ſacro penitus vate, in delirio verſo
At primi Solymæ proceres, conuitia fundunt
Peſſima, & Heroem auxiliante Beelzebub, almũ
Cocyti Duce, nigrantes expellere fratres
Adijciunt, ſtygiumq; inter verſarier orcum.
Non tulit, hoc heros ſed lectas vndiq; turbas
Conuocat atq; per ambages hæc deinde profatur:
Quî ſtygius ſtygium potis eſt arcere Tyrannum?
Nam quoſcunq; inter gliſcit diſcordia faſces
Dilabuntur, & ingenti mox clade premuntur,
Tectaq; ſi tectis fors ſunt contraria, motu
Tecta ruunt ſubitò: ſtygios diſcordia gliſcit
Inter ſi ſocios, actum eſt de Dæmone prorſus
Alter in armati facilè haud quis proruet auſis
Tecta viri, & ſpolijs diſcedet onuſtus opimis,
Ni prius ille virum vinclis conſtringat, & indè
Aedibus egregia præda diſcedat onuſtus.
Vera loquor, quodcunq; nefas mortalibus ægris
Patratum eſt, venia potis eſt hoc omne mereri,
Si quis & in Diuos fundat conuitia fœda,
Fœda, quidem poterit votis hæc culpa piari.
Si quis in æthereum vomit conuitia flamen,
Non veniã hic votis precibusq; merebitur vnquã

Iſta ſed æternis perſoluet crimina pœnis,
Dæmone nam ſtygio dixere, agitarier illum.
Talia cum ſereret, genitrix ſanctiſſima Chriſti
Ante fores vatis ſtabat cum fratribus almi.
Affari cupiere Deum quem cinxerat ingens
Turba virũ, at quidã de plebe hæc fatur ad illum:
Ante fores præſto eſt genitrix tua, ſtãt quoq; fratres
Ante fores, & te cupiunt affarier, illum
Talibus excepit contrà ſanctiſſimus heros:
Quæ mea nã genitrix? qui fratres? protinus almos
Intendensq; oculos ſuper omnes deinde miniſtros
Hi genitrix inquit, fratres dulcesq; ſorores
Sunt omnes, quicunq; Dei nam iuſſa capeſſit
Hic frater, ſoror hîc, meaq; hîc dulciſſima mater. caput 4
Venerat vndiſoni iam rurſum ad littora ponti
Ergò pijs animos, & plurima pectora iuſſis
Inſtruxit, cœli populisq; iter omne recluſit,
Spargeret ætherei iam cum pia dogmata patris
En ſubito ingentes populi cumulantur, acerui
Vndiq; prorumpunt, præſtans id cogitur heros
Collectis ſocijs paruam conſcendere cymbam
Littoreq; auectus paulum mox conſtitit vndis,
Vndiq; ſed vulgi ſub littore ſtante corona
Fatur ad hanc cœli Dominus ſeptemplicis ipſe,
Vtq; erat eloquio præſtans, verbisq; diſertus:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

His animos inquit dictis attendite veſtros:
Tempus erat cum flaua Ceres committitur aruis
Iugera cũ vertunt hominumq́ boumq́ labores,
Tunc ſua commiſit curuis quis ſemina ſulcis,
Spargeret atq; ita dum Cererem, per compita frugũ
Pars ruit, altiuum quam roſtris legit acutis
Grex, ſalebroſa inter pars autem decidit arua,
Hæc caruit gleba fœcunda, atq; vbere terra
Et ſubitò fibris creuit ſurgentibus altum
Fertile namq; ſolum ſurgenti defuit, vtq;
Syrius extremos calididiſſimus vreret Indos
Incepere citò natæ flacceſſere fruges,
Et quia radices ſemen non egerat vllas
Aruit, & penitus ſic ſemen deſiit eſſe.
Præcipitata ruit pars ſentes inter acutas,
Hirſutæ creuere vepres, & ſemina iacta
Oppreſſere vmbris, nec fructus edidit vllos
Nata Ceres, cecidit fœcundum iacta per agrum
Pars verò, & fruges hæc reddidit vbere fructu,
Qui potis eſt voces has auribus hauriat ille.
Vt turbæ ceſſere iterum, ceſſere cohortes
Bis ſeni Chriſtum Proceres oratio quidnam
Innuat hæc, quærunt: quos contra talibus heros
Excipit: en vobis ſummi miſteria cœli
Noſcere conceſſum eſt, reliquis ſed cũcta ferũtur

Nempe per ambages, vt quod iam lumine luſtrãt
Nequicquã inſpiciãt perfectè, atq; auribus hauſta
Non ſapiant, ne fors doleant ſua crimina, neue
Peccati veniam mereantur: verſus ad illos
Hinc ait. hæc vobis ignota oratio viſa eſt.
Qui mea dicta igitur, mage vos obſcura notetis?
Semina qui ſulcis committit dogmata ſpargit
Aetherea, illi autem quos ſemita concipit, hi ſunt
Auribus hauſerunt qui cum cœleſtia patris
Dogmata ſiderei, his Dæmon mox eripit hauſta,
Nec peccata dolent, nec diri pœnitet illos
Criminis, haud aliter fragroſum ſemen in aruum
Quod cecidit ſunt hi qui cũ ſacra iuſſa Tonantis
Percepere animis ſubitò lætantibus hauſta
Excipiunt, ſed egent poſitis radicibus illi.
Cum ruit aduerſo Boreas ſub ſidere flatu,
Et fremit horriſonum recluſis Aeolus antris
Ilicet exiliunt puppi, & ſe in tuta receptant,
Quam faciles hauſere prius tam dogmata rurſum
Abijciunt faciles, & parent flatibus illi.
Qui vepres cecidere inter, ſunt dogmata ſacra
Qui poſuere animis quando, mox fœda cupido
Et ſitis iniuſti irrepunt male ſemper habendi,
Et ſtygius cura cupidum mox occupat acri
Pluto, cæca Venus ruit vna exempta capiſtris

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Dogmataq́; & miſerè ſuffocant hauſta, nec vllis
Fructibus hi penitus ſurgunt: fœcunda per arua
At diſperſa Ceres ſunt hi, qui iuſſa Tonantis
Poſtquam hauſere animis, hæc alto corde reponūt,
Et vitæ melioris iter rimantur, & alto
Corde Dei leges noctesq́; diesq́; reuoluunt
Fœnoraq́; hi fundunt, pro ſemine, diuite fructu.
  Hinc ait, an modio lux vnquā conditur ardēs?
Fax accenſa latet ſub menſis nuncquid & imis?
Haud ita. quin candela loco ſuffigitur alto.
Nil adeo arcanum latet, & nil vſq; repoſtum
Quod non vlla dies, quod nullum proferat æuū.
Quin bene præceptis veſtras aduertite mentes
Nanq; alijs modium quem veſtrū quiſq; replebit
Hoc merito contra quoq; reſpondebitur illi
Et qui percipitis dicta hæc magis vbere fructu
Vos dotabimini, nam quo quis diues abundat
Hoc magis atq; magis diues cumulabitur ille,
Et quo quiſq; caret magis hoc priuabitur ille.
  Talia poſt fatur: ſummi ſeſe atria cœli
Aſsimulant homini pulchrè, qui ſemina terræ
Fœcundæ mandat gremio, poſt lumina dulcem
In ſomnum ſua declinat, dehinc nocte dieq́;
E ſtratis iterum recipit ſua membra: ſed altis
Interea ſurgunt terræ data ſemina fibris

Igno-

Ignaro Domino (gremio nam gramina tellus
Sponte ſua fundit, flauas hinc donat ariſtas
Maturisq́; refert matura & ſemina ſpicis)
Iamq́; vbi flaua Ceres fœcundis eminet aruis
Demetere ære iubet Dominus mox ſemina curuo,
Nam matura eius ſurrexit meſsis in agro.
His iterum affatur ſocios: quibus ætheris alti
Et quo iure licet conferre palatia? grano
Aula poli quadrat bellè ſtellata ſinapis.
Hoc vbi nam ſulcis, verſo & committitur aruo
Eſt inter minimum fruges, & ſemina terræ.
Iam gremio inſertum terræ mox tendit in altum
Et patulis ſuperat creſcentia braſsica ramis,
Alituumq́; greges condunt ſeſe arboris vmbris,
Talibus atq; alijs ſoluit ſua vocibus ora
Nec populo quicquam motis ambagibus illic
Rettulit, at ſocijs poſt myſtica dicta recluſit.
Iāq; vbi phœbus equos vndis refoueret anhelos
Heſperijs, ſocijs nauim conſcendere iuſsit.
Plebeq́; demiſſa & vlgi cedente corona
Conſidet ad tranſtra, & vehitur per cærula ponti
Hanc aliæ præter ſpumas ſalis ære ruebant
Nauiculæ: intempeſta ruit magno oceano nox
En ſubitò, & venti ponto bacchantur in imo
Euertuntq́; mare, & ſublatis fluctibus inſtant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Qua data porta ruit & perflant turbine pontum
Aeolici ſocij, Neptunus & inſuper ipſe
Murmurat ingenti vaſtaq; voragine ponti
Collidunt pariter Puppim, pariterq; relaxant
Quippe foros iam iam vix ò compage retenta
Fluctibus ergò feris puppis vix fluctuat vndas
Preſſa inter tumidas, præſentemq; omnia mortem
Intentant: iam membra viris & frigore multo
Soluuntur, paſſis atq; hinc ad ſidera palmis
Heroem placidè proflantem pectore ſomnum
Exanimati equidem perturbant tale ferentes:
Num libet horrenda vaſtaq; voragine ponti
Abſorbtos luſtrare oculis dic Chriſte miniſtrosè
Quam primum ſomnum placidis excuſſit ocellis
Aequora componit, iuſſis regaliter addit
Inde minas, iubet & tumidos ſeſe æquore fluctus
Siſtere, & AEolijs hæc dat mandata miniſtris
Vt referant Regi, ſacro ſine numine quidnam
Imperium maris affectet, bacchetur habenis
Laxatiſq; modo liber per Cærula ponti?
Talia ſi poſthac: Boreas Zephyruſq; repente
Sedati dictis parent haud mollibus: ægros
Hinc ſocios dictis heros caſtigat amicis,
Atq; ait: vlla animis cur non fiducia veſtris
Inſidet, in dubijs timidi quid rebus & eſtis?

Conti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Conticuere omnes mirati ingentia magni
Facta viri iuſsis Neptunus & Aeolus vnà
Parebant etenim regalibus ocius aura. caput 5
Iam Gadarenorum tetigere affinia terræ
Littora, vbi magnus quàm primū nauibus heros
Exijt, & ſicco preſsit pede littora terræ
Proruit ingenti ex monumentis impete Dæmon,
En ibi quem ſtygius ſtimulis vexabat amaris
Aſsiduè in tumulis namq; hic agitabat apertis
Non illum poterat quiſquam conſtringere vinclis
Stringeret hunc, licet & vinclis & mille catenis
Compedibus fuerat, vinclis & mille catenis
Sæpius aſtrictus, fili cuncta inſtar aduſti
Impete quæ rupit magno, ſeu Phœbus ab ortu
Phœbus in occaſum ſeu tenderet, ille ſepulchris
Montibus in ſummis vitam degebat amaram,
Vociferatus & ingenti loca cuncta vlulatu
Replebat, miſerè ſaxis ſua tempora tundens.
Vidit vt Heroa inſignem, mox præpete curſu
Metitus iuga ſe magno tulit impete, Chriſtus
Hic vbi erat, mandensq; ſolum, ſua vocibus ora
Horriſonis ſoluit: proles ſanctiſsima ſummi
Chriſte Ieſu Regis quæ nam commercia tecum
Sunt mihi? per ſuperos qui te genuere parentes
Per numen cœleſte, poli per ſidera ſummi

Ipſe ego te obteſtor non hac me ſede morantem
Vt crucies, neu ſede fuges : quem talibus almus
Diuino intuitus vultu mox excipit heros:
Hac apage heus te ſede nigri ſceleratus auerni
Dux, trux & volucri rurſum pete tartara curſu
Hinc tibi quod nomen Cocyti maximus inquit
Rex profitere mihi præſes cui talia contra:
Eſt legio mihi nomen, ait, nam plurima turba
Hîc ſumus : hinc precibus Chriſtũ votisq́ fatigãt,
Ne penitus fuget his ſacris ſe vocibus oris.
  Per iuga paſcebat viridantia magna lutoſi
Turba gregis: concede ſues dux ætheris alti
Dæmones hos aiunt, inuadere, protinus illos
Participes voti, diuinus reddidit heros.
Illi autem ſubitò cunctos magno impete porcos
In mare præcipitant, & erant duo millia planè
Porcorum, fugere viri cuſtodia tanti
Queîs gregis iniuncta & monſtris ingẽtibus vrbẽ
Implère, adueniſſe virum, qui Dæmones atros
Expulerit totumq́ gregem ſubmerſerit vndis.
Nec mora quin ſubitò cunctis hic mœnibus itur
Facta viri egregij luſtrant ingentia, pulſos
Dæmones, obſeſſum, indutum iam veſtibus, ante.
Omnibus en ſubitò populis timor ingruit acer,
Atq́ heroa ſuis rogitant diſcedat ab oris.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Rurſus vt aſcendit nauim pulcherrimus heros
Dæmones expertus fuerat qui ſæpius atros,
Flagitat hic Chriſtum vt puppi dignetur eadem
Se bonus, at renuit dictis, quin tendito, Chriſtus
Inquit, & ipſe lares patrios inuiſe tuoſq́;
Effer vbiq; Dei tibi præſtita munera ſummi
Præſenteſq́; refer diuos ſuperoſq́; miſertos
Eſſe tui & cladem mites pænaſq́; tuliſſe.
Dixerat: ille autem ſuperum mandata capeſſens
Curſitat huc illuc, ſummi & præconia regis
Iactitat atq; decem gradiens per mœnia cunctis
Præſtita recluſit magni ſibi munera Chriſti,
Miratiq; ſacri ſunt facta ingentia vatis.
Vt mare ſulcarunt rurſum pontumq́; Carinis
Deuexere, prius rellictas appulit oras
Chriſtus, at innumeræ turbæ, innumeræq́; cohortes
Adueniſſe Deum iam poſtquam hauſere ſub imo
Littore concurrunt, quos inter Iairus vna
Approperat, Procerum primus qui tecta ſcholarũ
Haud minimus quaquã decorabat publica dictis,
Vidit vt heroa incubuit mox poplite terræ.
Filia Chriſte refert mea triſti mortis agone
Fluctuat heu niminum miſerè, te obteſtor, & oro
Per ſuperos qui te talem genuere, parentes
Nunc patris miſerere, tuamq́; imponito Nymphæ

Luctanti dextram, ſæuis quo libera morbis
Aethere veſcatur ſiquidem ſolatia patri
Magna ſeni, at Chriſtus gradientẽ paſsibus æquis
Inſequitur populi magna ſtipante caterua.
Interea fluxu iam fœmina preſſa cruento
Sanguinis, vſq; equidẽ bis ſex dum verterat æſtas
Tempora, prorepſit tardo paupercula greſſu
Tota etenim medicas fuerat conſumta per artes
Diues abundaret qua ſæpius ante ſupellex,
Profuerat nihil ipſe ſuis Podalyrius herbis,
Nilq; Machaoniæ tulerant opis inſuper artes.
Sed magis atq; magis morbus ſuccreuerat, illa
Aſt vbi iam ſacrum vicina ad littora vatem
Audijt, adueniſſe inter mœſtiſsima plebem
Miſcuit hæc ſeſe, veſtiſq; volumina, Chriſti
Vltima mox contrectauit, nam pectore ſecum
Voluerat hæc tacito, modo ſi mihi fimbria veſtris
Contigerit tangenda ſacræ, ſperare ſalutem
Haud dubiã poſſem, neq; poſt ſententia quicquã
Iſta fefellit eam, ſubitò nam membra cruentus
Deſeruit fluxus, rediere in membra vigores
Senſit opem ſiquidem ſperatam fœmina, ſenſit
Iam redijſſe ſibi fluxu ceſſante vigorem.
Maximus at heros dias è corpore ſenſit
Virtutes abijſſe ſuo, intuituſq; miniſtros

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Ecquis ait tetigit ſinuoſa volumina veſtis?
Biſſeni at Proceres: vrgentia cernis vbiq;
Agmina, & inquiris quiſnam palparit amictum
Ille ſed huc illuc placidis veſtigat ocellis,
Fœmina donec ei magno correpta timore
Cuncta ſtatim tremulo timidiſsima protulit ore,
Quam bonus alloquio & verbis dignatur amicis
Chriſtus ait: Tua gnata fides in membra vigorem
Reſtituit tibi, plena animi fiducia ſaluam
Reddidit, ito equidē poſt morbo immunis ab ōni.
Talia perſtabat memorans cum Iaira pubes
Ecce propinquabat, dominoq; hæc dicta ferebat:
Mittito age heroa en gelido ſublata quieſcit
Nympha quidē letho iā, Chriſtus vt auribus hauſit
Mollia nequaquam genitori nuncia lata
Ponito corde metum & fidas modò Iaire dixit
Non tulit vt quiſquam ſeſe inſequeretur euntem
Petrum & præter Iacobum fratremq; Iohannem
Iamq; ſcholæ præerat qui primus tecta ſubibant
Iairi, & heu nimium carmē lachrimabile carmē
Audijt vt Chriſtus tectis ſucceſsit apertis,
Hinc quis ait fletus, ſuſpiria? quiſue tumultus?
Non nece ſed dulci nympha eſt oppreſſa ſopore
Quem riſu & fœdis mox excepere cachinnis
Præcipit at dictis vlulantes cedere turmas.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Chriſtus & ingreſſus nimium iam triſte cubile
Et ſocios, Nimphæq; adduxit vtrumq; parentem,
Virginis amplexusq; manum ſic ore profatur:
Surge age nimpha tibi iubeo, ſubitoq; puella
Exiliens ſtratis vitali veſcitur aura,
Virginis extinctæ duodena reuerterat ætas.
Illi autem egregij mirati inſignia vatis
Facta, pijs omnes onerabant ſidera dictis.
Serius ille cauet ne fors illiminet vllus
Edita mirandis iam tunc miracula ſignis,
Hinc epulanda iubet cupienti apponere nymphæ.
caput 6 Hinc patriæ flexit greſſus ad mœnia terræ,
Biſſenis ſiquidem Chriſtus comitatus amicis.
Iamq; vbi feſta dies & erant vbi ſabbatha ſacra
Contulit egregius ſe heros ad tecta ſcholarum
Publica, & ætherei ſparſit pia dogmata patris.
Dogmata mirantur multi, mirantur & ipſum
Talibus atq; alijs ſoluentes vocibus ora:
Vnde illi ſubitò tanta eſt ſapientia? tanta
Vnde illi ſubitò ſummi indulgentia cœli eſt?
Vt non hauſta prius non vllis edita & oris
Signa ferat: faber an non eſt lignarius ille?
Matre ſatus teneræ ſortis cui Maria nomen?
Illius an non ſunt, Iacobus, Ioſes, Iudas
Atq; Simon fratres? Germanæ nuncquid & eius

Hæc

Hæc loca nō habitāt noſtra et verſantur in vrbe
Vatis & haud æqua tolerabant mente labores:
Talibus affatur quos contrà vocibus heros:
Non magis exoſus patria quam viuit in vrbe
Nec minus in patrijs quam vates ædibus extat
Charus, & his ſignum non oris edidit illum.
Squalida ſed paucos queîs corpore lepra ſedebat
Exemit medico verbi ſpiramine morbis.
Sæpius horrendas ſecum caliginis vmbras,
Et tenebras quantæ premerent mortalia corda
Miratus, ſacris & diffidentia rebus
Quāta eſſet, properoshinc cūcta per oppida greſſus
Deflexit, patris æterni pia dogmata fundens.
   Biſſenos vocat hinc Proceres fidosq; miniſtros
Atq; dedit ſtygios vim dictis pellere fratres,
Et ſocios huc atq; illuc ſolummodo binos
Legauit dictisq; pijs & pectore cauit
Serius haud loculis inſtructi atq; ære rubenti
Vrgerent iter & tunicis non corpora binis
Induerent, Cererē haud ſecum, & genialia ferrēt
Dona ſed aptarent ſoleas ſolummodo plantis
Nilq; pedum præter geſtarent: iuſſa miniſtris
Hæc porrò dedit: vllius cum tecta ſubitis
Illic durate, & voſmet ſeruate ſecundis
Inde vijs: qui vos & dogmata ſacra Tonantis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Reſpuerint ab ijs rurſum diuertite greſſus
Et plantis cinerem excutite, veriſſima teſtor:
Non Sodomæ, cultæ nec quondam celſa Gomorræ
Mœnia tam grandis nec triſtis pœna manebit,
Quã reprobo qui vos aſpernũt ſcommate, mundi
Machina cum ruerit, cumq́ vltima venerit ætas
Sacra capeſſerunt ſocij mandata magiſtri,
Et vicos adiere omnes, atq; oppida cuncta,
Hortati & populos ſunt, vt ſcelerata piarent
Crimina & æternas fugerent poſt funera pœnas.
Sedibus hinc ſtygias dictis pepulere Chymeras
Vreret & multos, quos artus morbus anhelos
Et penitus toto languenti corpore multos
Indutos equidem ſanarunt corpus oliua.
Nobilis vſq; adeò Herodis iam fama per aures
Ibat, & Herois virtus diuina petebat.
Amplius haud etenim latuit tam nobile nomen:
Talibus Herodes auditis funere merſum
Surrexiſſe, refert, Iohannem nomine, vatem
Egregium, id tantis edit miracula ſignis.
Autumat Eliam ſed pars, pars dictitat eſſe
De numero quendam vatum, Iordanis in vndis
Auſonius præſes qui tot luſtrarat eundem
Eſſe refert vatem, nece quem mulctarat amara
Carpere vitales aures atq; æthere veſci.

Faſci-

Faſcibus Herodes latijs ſceptroq; ſuperbus
Egregium vinclis vatem conſtrinxerat, atq;
Abdiderat fœdo latebrarum carcere, namq;
Sæpius hunc dictis malè caſtigarat amaris,
Germano ſiquidem quod duxerat Herodiam
Connubio iunctam , infido, fœdoq; Philippo.
Non tulit hoc Herodias . ſed funera vati
Sæpius intentans, fruſtrata eſt ſæpius auſis
Diris heu nimium & diris conatibus illa,
At latius contra præſes, non pectore fœdo,
Miratus pietatis opus , vatemq; ſacratum
Sæpius hunc coluit , tum ſæpe pependit ab eius
Conſilijs , nec difficilis mandata ſequutus
Sacra fuit vatis, iuſſa & non improbus hauſit.
Iamq; dies natalis erat , iamq; annua feſta
Præſidis auſonij, magna vt conuiuia pompa
Inſtruxit Proceresq; omnes, plebisq; ſenatum
Ad ſtructas epulas, lauta ad conuiuia duxit
Filia, tunc etiam (nec enim hoc indigna theatro)
Ingreſſa eſt ſtygijs hortantibus Herodiæ
Dæmonibus choreasq; leues turpiſsima duxit.
Et choreæ placuere nimis Regiq; ,virisq;
Quos fuerat menſa Rex & dignatus eadem.
Hinc teneram alloquitur dictis rex ipſe puellam:
Quin age nympha petas,quodcũq; popoſceris illud

Indu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Indubitata feres, nec te ſententia fallet.
Quin pete, nec faſces, cælumq́; & ſidera teſtor
Partiri pariter tecum formoſa recuſo,
Nympha ſed ad matrem recto ſe tramite confert.
Dic age mater, ait, quænam de munera rege
Ipſa petam? contra ſcelerato hæc reddidit ore
Mater: abi & vatis cæſum caput expete Iani.
Fœda miniſteria & mandata nefanda capeſſit
Matris Nympha ſuæ & regem mox præpete curſu
Hæc adijt: Rex magne refert pro munere magno
Baptiſtæ mihi poſco caput concedier, ipſis
Auulſumq́; humeris, rubraq́; paropſide poſtum
Iam mihi iamq́; dari: Rex vt non mollia nymphæ
Vota hauſit, ſubitò curarum tunditur æſtu
Ingenti, ſed erat teſtatus numina Diuum.
Haud facile id patitur Nymphæ vota irrita, coram
Iiſdem qui dapibus ſecum menſiſq́; potiti.
Carnifici caput id iuſſit mox cædere vatis,
Nec mora diuulſum ex humeris venerabile fer-
Huc caput, & vaſis imponitur, idq́; puellæ (tur
Pro votis datur, at matri caput attulit illa.
Talia vt hauſerunt ſocij, fidiq́; miniſtri
Funere mulctatum Iohannem, membra tulere.
Conditũ & hinc corpus poſuere exangue ſepulhro
Biſſeni ac Proceres ſacro hæc retulere Magiſtro

Inſu:

Inſuper & populos inter quæ dicta profeſsi,
Quos bonus affatus contra pulcherrimus heros:
Ad loca quin recto tendamus tramite ſola,
Vt requies animis, redeant in membra vigores.
Multi etenim paſsim, tendebant rurſus & ibant,
Nec ſpacium religendi animos, vireſq; dabatur,
Nec dapibus locus vllus erat, conſcendere puppim
Id properant omnes, pontiq; & cærula verrunt
Ad loca deſerta & tandem aduertere carinam.
Talia luſtrantes populi, & iam plena videntes
Vela dari Zaphiris, multis properantibus vna
Ad loca ſola prius pedes aduenere Magiſtro.
Quos vbi collectos vidit, miſeratio pectus
Diuinum tetigit palantis nam gregis inſtar
Cernere erat miſeros fido cuſtode carentes.
Pronior Oceano Phœbus properabat, vt almum
Biſſeni Heroem Proceres affarier orſi:
En loca ſola vides, fœtuq; carentia prata
Huc illuc tonſos & luſtras vndiq; campos
Pronior Heſperias & Phœbus flectit ad vndas.
Dimittas ergò populum, lectaſq; cohortes,
Vt Cererem quærant vicina per oppida, namq;
Hic deſunt epulanda viris: quos talibus heros
Excepit contrà: his epulas vos ponite turbis
Vis igitur centum bis nummis effer emamus

Victum illi referunt contrà : quin dicite panes
Omni de numero quot reſtant? quinq; miniſtri
Reſpondent, piſceſq; duos, nil inſuper eſſe.
Hinc viridi iuſsit turbas accumbere campo
Quoq; loco centum atq; iterũ per gramina centũ
Et Cererem & piſces prendens, ad ſidera vultum
Suſtulit & Superis grates pro talibus egit.
Colliſaſq; dedit partes hic deinde miniſtris,
De grege cœruleo binos diuiſit & inter
Millia multa virum, mora nec ſe protinus omnes
Accingunt dapibus, laſſataq; viſcera replent.
Poſtquam exempta fames fuerat menſæq; remotæ
De micis cophinos bis ſex implêre relictis
Quinq; virũm ſed erãt, qui viſcera laſſa replerãt
Fructibus exiguis, & raro, millia piſce.
Vix ea cum ſocijs remos aptare carinis
Iuſsit, & ingentem remis mox ſcindere pontum,
Bethſaidæ mandans oras appellere puppi,
Per mare ſe iuſsit præuerti præpete curſu.
Dum populos iterum, turbas dũ mitteret omnes,
Diſceſſere viri, Chriſto remorante, ſub altum
Poſtmodo qui montem ſolus contendit, & illic
Vota patri referens, grates de pectore ſoluit.
Iam falcata alto lucebat Cynthia cœlo,
Puppis vt in medijs ægre vix fluctibus hæſit,

Parte

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Parte ſubaduerſa Boreas namq; ipſe ruebat
Penè fuit cæcæ pars plurima noctis abactæ
Liber vt ingreſſus metitur cœrula ponti
Ipſe pedes Chriſtus, rectoq; ad tramite puppim
Vertit iter, iamq; vt curſū præuertere cimbam
Inſtituit, timidis oculis hauſere meantem
Per mare, ſpectrum equidem duxerunt ilicet atrū
Vergere, & altiſonam tendentes pectore vocem,
Magna quidem cœli feriebant ſidera voce.
Quos bonus alloquio, & verbis demulſit amicis
Chriſtus, & ingentes retulit deponite curas,
Pectore ferte metum, nam meme cernitis ipſum
Protinus & puppim aſcendit, toto æquore fluctus
Cernere erat ſtratos, illi autem pectora multo
Iam perculſa metu miſerè tremuere, nec illos
Iam doctos mage reddiderant miracula, cæca
Pectora erant ſed ijs nimium caligine preſſa.
Illi vbi iam tonſis ſuperarant æquora remis
Littora Geneſaret tetigere affinia terræ,
Iamq; vbi rellicta preſſerunt littora puppi,
Illicet agnouere Deum, per mœnia paſſim
Oppida per cuncta ægrotos legere grabatis
Impoſitos, & erat vates vbi maximus illic
Plebs ſubitò ægrorum magnos cumulabat aceruos
Mœnia ſeu vicos luſtraret, ab omnibus oris

Per fora collectos ponebant illicet ægros
Vltima tum vatem petiere volumina veſtis
Contrectare ægris ſaltem concederet, illa
Quot tetigere, ſuis tot morbis ſuntq́; ſoluti.
Caput 7 Turba ſed hinc Procerũ Solymæ de mœnibus al-
Egreſſa eſt ſtudijs inſignem Heroa videndi. (tis
Iamq; vbi diſcipulos Chriſti, fidosq́; miniſtros
Non epulas digitis cereales carpere lotis
Vidit, ibi extemplò Phariſaica turba nefandis
Infandæ ſiquidem ſtimulis accenditur iræ,
(Non etenim ablutis epulanda, & dulce Lyæum
Tractabat digitis niſi ſæpius ordo prophanus
Primorum: conmenta hominum ſic corde tuẽtur
Haudquaquã immemori, Superũ ſed iuſſa refigũt.
Aq́; foris iterum flectentes tramite greſſus
Munera non niſi ter digitis cerealia lotis
Attingunt, patrumq́; ſimul conmenta priorum
Qualia ſunt, ter vaſa Scyphos, terq́; ordine mẽſas
Abluere, & decies calidis perfundere lymphis.)
Non tulit vlterius violari ſcita parentum
Prima quidem Procerũ turba, et Phariſaicus ordo
Talibus atq; alijs inſignem Heroa moleſtans
Protulit hæc: Socij veterum modo iuſſa parentum
Cædo tui indignis abolent quid rebus, & illi
Inmundis Cererem digitis, & pocula tractant?

Quos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Quos pius econtrà Chriſtus caſtigat amare:
Quam benè conueniunt diuini carmina vatis
In vos artifices ſcelerum, quæ talia produnt:
Ore tenus populus me me hic veneratur, at eius
Neſcia ſunt equidem fœdiſſima pectora Diuum.
Fruſtra equidem turba ò neſcis temeraria neſcis,
Me colitis conmenta hominũ dum vana docetis.
Vos quoq; vos hominum dudũ eſtis ſcita ſequuti,
Negligitisq́; Dei, & Superum mandata viciſſim
Pocula, vaſa, Scyphos, digitos, cratera, manusq́;
Quoq; die decies mundis luſtratis in vndis,
At mandata ſemel non ſacra reuoluitis ipſi
Toto quippe die, & ceſſant præcepta Tonantis.
  Sacrilegi egregijs aboleſtis dogmata Diuûm
Mentibus, vt veterum poſſitis vana parentum.
Contrà iuſſa ſequi, & proprias ſubnectere nugas.
Legifer en vates Sinai de monte relatas
Patribus, & vobis leges has fixit: honore
Tu meritò dulces ſemper venerare parentes.
Quiſquis at econtrà altores temerauerit vnquam
Euomit aut in eos conuitia, funere triſti
Abſumendus erit. vos leges figitis autem:
Si quis fortè ſuis referat genitotibus, aris
Hæc potius ſacris debentur munera, plusq́;
Proderit hoc vobis, ſi fors libamina Diuis

Ipſe feram nullo ſic & veneramini honores
Vlterius dulces genitores, iuſſa Tonantis
Sic penitus iuſsis aboletis inanibus omnes.
Vndiq; collectas hinc conuocat ordine turbas
Atq; ait his animos dictis attendite veſtros.
Nil hominem penitus fœdat quod conditur aluo,
Aſt hominem malè conſpurcat quod rurſus ab ore
Exit. qui potis eſt hic auribus hauriat iſta.
Iamq; vbi magnanimus ſucceſſerat ædibus hoſpes
Chriſtus, adhuc ſocij malè docti heroa fatigant,
Innuat hæc populo prolata oratio quidnam?
Quos contrà: ſtupidi quoq; vos hæretis, an vnquã
Non ſapitis? vacuo ſiquidem quod conditur aluo
Non hominẽ maculat, nã cor non trãſit in ipſum,
Conditur hoc cupido, potius ſed viſcere, deindè
E ſtomacho eijcitur digeſtum rurſus, at exit
Ore quod inmundo mortalia pectora ſpurcat.
Nanq; ex corde velut de diuite mercatura
Innumeræ merces, ſic hinc quoq; crimina crebrò
Produntur varia, vt longum eſt narrare: nefandi
Crimen adulterij, cædes, ſcortatio, furta
Turpis auaritiæ radix, fraus, techna, cupido
Improba, & in ſuperos conuitia, faſtus inanis.
Omnia quid referam? reſtat petulantia, reſtant
Inuidia, & ſemper mens lumine torua proteruo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Hæc ab equo velut innumeri exceſſere pelaſgi
Graiugeno, turpi produntur pectore cuncta.
Hinc vicina petit Tyri, & Sidonia Chriſtus
Mœnia, nec cuiquam voluit ſe prodere, fama
Non tulit hoc celebris, Graijs dum fœmina ab oris
Syrophenicæ adproperans de mœnibus vrbis.
(Filiola illius ſtygijs vexata Tyrannis
Quippe iacebat humi, diſtorta heî rictibus ora
Horrendis) medicũ id miſerè properabat ad ipſum
Finitimas cuius iam fama impleuerat vrbes
Fæmina, poſt querulis Heroem vocibus almum
Triſtis adorta fuit, ſtygij quo pelleret orci
Dæmones obſeſſæ tandem de corpore Nymphæ.
Chriſtus at è contrà dictis haud mollibus orſus:
Filiolis epulas præſtat cupientibus inquit
Sufficere, & vatis par eſt nec herilibus vnquam
Eripere, & catulis iterum prouoluere panem.
Illa ſed econtrà nequicquam his territa dictis
Vera profatus ait Domine es ſanctiſsime, ſparſis
Attamen è micis puerorum victitat ipſis
Sub menſis equidem catulorum turba, miſertus
Fœminæ ait, Chriſtus, quia te fiducia tanta
Fulcit, abi, ſtygius ceſsit de corpore Nymphæ
Dæmon, & haud vllis torquet cruciatibus illam.
Nec mora, diſceſsit ſubitò ſtygiosq; fugatos

Dæmones, incolumẽ & nymphã luſtrauit ocellis.
Vtq; iterum, Tyri nec non Sidonia liquit
Littora, mox rurſum Galilæas Chriſtus ad vndas
Flexit iter medioq; decem mox conſtitit vrbes
Inter, & ecce virum duxere huc auribus vna
Captũ, equidẽ et linguæ cui vincla ligata fuerũt.
Quem poſtquam in medio ſtatuere, Heroa fatigãt
Auribus auditum, linguæ & vocalia reddat
Carmina, cui populo deducto Chriſtus ab omni
Auribus inſeruit digitos ac deindè ſaliuam
Exſpuit, atq; arctæ contrectans vincula linguæ.
Suſtulit inde gemens diuinum ad ſidera vultum
Hinc aperite, refert, tacitæ vos vincula linguæ:
Ilicet, auditu mirabile, dulceq; viſu,
Iam loquitur mutus, iam ſurdus & auribus haurit
Hinc inhibet nequis tantis miracula ſignis
Edita diuulget, mage ſed vulgata patebat
Quo prohibet mage fama ſacri pulcherrima va-
Talibus atq; alijs ſoluerunt vocibus ora: (tis.
Omnia reſtituit pulchrè cœleſtis alumnus
Auribus auditum, linguam mutiſq; ſonoram.
caput 8 Præbuerat nitidus ter Phœbus lumina mundo,
Et nec adhuc epulis ſua viſcera fouerat ingens
Turba virum, id ſocios vocitat, charoſq; miniſtros
Chriſtus, & hæc fatur: certè miſeratio pectus

Vera

Vera mihi penetrat, populi & ſub corde remordet
Cura grauis, nam dira fames, dum circuit orbem
Ter Phœbus, tolerata fuit, non vlla redundat
Iamq; Ceres populo, nec ſi dimiſero turbas
Incolumes rurſum dapibus ſine tecta ſubibunt.
Plurima turba etenim peregrinis venerat oris.
Quem ſocij his contrà: cernis loca ſola, nec vllus
Suppeditat locus hîc Cererem, qua turba diurnam
Eximat āpla famē: aſt Chriſtus ſic voce ſequutus:
Pandite quin numerum frugum, panesq; referte?
Illi autem referunt ſeptem: iubet agmina plebis
Chriſtus humi inviridi conſidere gramine campi.
Hinc digitis frangens fruges partitur in omnes
Diſcipulos, illi populo cerealia contrà
Liba ferunt, & piſciculos dant deindè minutos.
Soluerat æthereo grates vt pectore patri:
Ilicet accingit dapibus ſeſe omnis & omnis,
Atq; auidis contuſa Ceres mox conditur extis.
Tergora piſciculis nudant exilia raris.
Poſtquam exempta fames fuerat, menſæq; remotæ
De micis cophinos ſeptem impleuere relictis,
Et duo replerant bis millia, viſcera, plebis.
Hæc vbi præſtiterat populo pulcherrimus heros
Præpete cum ſocijs rabida en ſecat æquora curſu,
Proraq; conuerſa eſt ſub littora Dalmanutæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Vt veniſſe virum Phariſæi hauſere prophani
Mœnibus excedunt, & ſeſe ingentibus vltrò
Inſtigant ſtudijs, tentantq́; heroa, poloq́;
A ſummo cupiunt ſignum cæleſte videre.
Ille animo penitus triſti ſuſpiria duxit
Crebra, ſimul referẽs: ſtirps hæc quid ſigna requi-
Vera loquor, non huic contingẽt vlla videre (rit?
Sacrilegæ ſigna vlterius (mihi crede) ſtirpi
Agminaq́; extemplò Chriſtus ſcelerata reliquit,
Atq; relegit iter puppi per cærula ponti.
Non tulerant piſtas ſecum per turgida fruges
Aequora diſcipuli, numeriſq́; ex omnibus vnus
Reſtabat panis ſolummodo, Chriſtus vt inquit
Talia bis ſenis ſocijs Phariſaica ſummis
Vna Herodiaca & ſtudijs fermenta cauete.
Illi autem ſubitò ſub pectore multa volutant
Innuat hoc quidnam fermentum? talia ſecum
Inter ſe tacitè referebant poſtmodò: Chriſtus
Fortè intellexit fruges, Cereremq́; relictam.
Senſit idem ſummi ſoboles veriſſima patris,
Et quid ait talis verſat ſententia veſtra
Pectora: nil vnquam ſapitis caligine preſſi
Heu nimium ſpiſſa? nil & luſtratis ocellis,
Auribus hauritis nihil, an non præſtita ſaltem
Munera iam ſubeunt populis: de panibus et quot

Quinq;, referte mihi , quinq; inter millia, corbes
Legeritis micis impletos? illico bis ſex
Subÿciunt ſocÿ : de ſeptem panibus inquit
Inter bis duo quot cophini manſere referti?
Millia, reſpondent ſeptem , nil ergò profatur
Proficitis penitus , nil longo diſcitis vſu.
Hinc cum Betſaidam ſocÿs proficiſcitur vrbem
Hic vbi mox populi priuatum lumine ducunt,
Atq; Heroa animis poſcunt flagrantibus omnes
Sufficiat miſero viſum, lumenq́; reſignet.
Lumine qui captum ducens ante oſtia vici
Expuit in clauſas ſanctiſsimus ore pupillas
Chriſtus & apprendit digitis, hinc quæritat anne
Lumine quid luſtret, vel quid veſtiget ocellus?
Suſtulit hic ſubitò ſtellata ad ſidera vultum
Seq́; oculis luſtrare refert mortalia paſsim
Corpora carpere iter frondoſæ huc ilicis inſtar
Hinc iterum digitis malè acutos ſignat ocellos
Atq; iubet rurſum cœli conuexa tueri
Cominus ille videns iam præſtat acumine viſus
Quiq; fuit ſimilis talpæ nunc lumine linci
Fit ſimilis quiq; hebes erat fit acutus ocellis.
Indè lares patrÿ iubet illum inuiſere tecti
Præſtita præſenti nec dona recludere vulgo
Oppida cæſareæ periere propinqua Philippi

Diſci-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Diſcipuli magno ſimul huc tendente magiſtro,
Quos pius alloquitur dictis dum greſſibus vrgent
Huc iter, ætherei per ſecula regis alumnus
Pandite mî ſocij quo nam mortalibus ægris
Nomine ego reputor? quem contrà talibus illi:
Fama incerta volat magnum pars dictitat eſſe
Baptiſtam, perhibent alij te ſcilicet eſſe
Eliam, pars te numerat de vatibus vnum:
Chriſtus ad hæc contrà, quem vos me dicitis eſſe?
Tum Petrus eloquio præſtans, virtuteq; diues
Tu vere es Chriſtus, conſtanter id edidit ore.
Serius at nulli referant hæc nomina cauit
Chriſtus & arcano ſeruent ſibi prodita corde.
Iamq; monet dictis, ſoboles ſata virgine caſta
Cum virgis miſerè, cum loris, affore tempus
Cæſa per innumeras fraudes ad limina mortis
Siſtatur, Procerumq; ferat conuitia fœda
Et cruce, poſt varios & tandem mille labores
Deriſa heu toties male diſtendatur in alta.
At nitidus mundo ſua cum ter lumina Titan
Præbuit, è tumulis rediturum lucis in auras
Patre Deo genitum, ſic vatum ſcripta priorum
Prodere: non tulit hoc Petrus ſed fronte ſeuera
Intuitus Chriſtum non ſic mea dextera bellis
Aſſueta eſt, talis non hoc in corpore virtus,

Ipſe ego te triſti vt me morte ſuperſtite cernam
Multari: intuitus ſocios pulcherrimus heros
Corripuit Petrum dictis, hinc aufuge dixit
Mox Dæmon mortalia, non cæleſtia ſpectans.
Hinc ad ſe ſocios bis ſex, populumq́; coactum
Conuocat, atq; animo, triſtis ſic farier inſit
Quem mea iuſſa iuuant, hic ſe prius exuat ipſum
Res ferat aduerſas æqua ſuper omnia mente.
Quiſquis enim flagrat vitalis lucis amore
Temporis exiguo hunc ſpacio ſua fata manebunt.
Quiſquis at econtrà me propter lucis amorem
Exuit, & cui dulce mori, ſed viuere triſte eſt
Iuſſa mea hic propter ſemper per ſæcula viuet.
Heu quam triſte lucrum foret et fortuna maligna
Imperio ſi quis premeret mortalia cuncta.
Aſt anima horrendum triſti migraret ad Orcum
Quo precio ſuperas animam reuocabit in auras?
At quemcunq; mei pudet, & mea dicta retrectat
Improbus artifices ſcelerum inter: patris alumnū
Illius ætherei venientem in nube pudebit
Machina cum mundi ſpiranti diffluet æſtu.
Cum Rex ſidereus ſub maieſtate tremenda
Cœtibus aligeris cinctus mortalia corda
Iudicio expendet ſanctiſsimus arbiter æui,
Præmia pro meritis, reddens pro crimine pœnas.

Vera

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Caput 9

Per ſex bis duodena dies ſol mouerat aſtra
Auricomum caput, vt ſocios ter maximus heros
Petrum, & Iacobum, & Iohannem legit, & illos
Ad iuga deduxit ſummiq; cacumina montis
Induit hic ſubitò lumen cœleſte, coruſcat
Vndiq; veſtitus, tùm ter mirabile viſu,
Albeſcit penitus Chriſti toga, candidiorq;
Fit niue Riphæa, tinctor non induit vllum
Candidius, nec lana bibit magis alba colorem.
Hinc pius Elias, hinc vates legifer vnà
Veſtibus Heroi apparent fulgentibus almo.
Et varios cedunt ſermones, pectore Petrus
Prorſus at attonito, tria vis domicilia fatur
Chriſte ſtrui (locus hic etenim iucundus, amœnu
Hîc quoq; ſunt tẽpè, iuga ſunt pulcherrima mõtis)
Vnum Chriſte tibi, ſed vati deinde ſecundum,
Flammiferis quem vexit equis ſuper ardua cœli
Sidera fulgenti currus rapidiſsimus axe.
Legifero hinc vati poſtremùm: Talia Petrus
Effatus, nec enim timido quas ſpargeret ore
Calluit hic voces, mox denſa obnubilat omnes
E cœlo nubes, & obumbrat corpore ſpiſſo
Attonitos, magis auditu mirabile, Regis
Nubibus è medijs vox perſonat alta Tonantis:
Filius hic meus eſt, mea ter dulciſsima proles.
Hanc audite omnes, & ſacra capeſsite iuſſa

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Vix ea: cum montem intuiti, videre relictum
De tribus æterni ſolummodo patris alumnum.
Hinc reliquos adijt ſocios quos vndiq; turba
Plurima ſtipabat, Phariſæos luſtrat ibidem
Multa quidem conſultantes & multa rogantes.
Chriſtus at inquirit, quibus alma ſcientia vatum
Cognita erat, quid cum ſocijs, fidisq; miniſtris
Contulerint? media vir mox de plebe profatus
Hei nimium querulis ſoluit ſua vocibus ora:
Huc ego Chriſte meũ pater ò miſerandus alumnũ
Adduxi in medium ſtygij quem ſæpe Tyranni
Indignis agitant rebus, miſerabile viſu,
Non edit ſonitum, pueri ſed rictibus ora
Diſtorquens Dæmon reddit ſpumantia labra.
Dentibus infrendit, clauſoq; remurmurat ore
Omnibus & penitus flacceſsit hic artubus æger
Ipſe tuos votis adij precibusq; miniſtros
Cocyti eijcerent gnati vt de corpore Regem.
Nil ſtudium penitus ſociorum at profuit illi.
Talibus at contrà exorſa eſt patris vnica proles:
Ecquid ego ſemper vos ò incredula turba
Nequicquam doceo? nequicquã obuerſor ocellos?
Anne ferenda mihi eſt hæc diffidentia ſemper?
Vos ego ſed miſerum præſtat ſanare puellum
Hinc patrem vocat, atq; tuũ huc ait affer alumnũ.
Attulit extemplo: ſed poſtquam heroa Chymara

Inſignem ſtygia intuita eſt, mox corpore toto
Corripuit puerum, ſpumas & proruit ore.
Voluitur ille ſolo telluremq; ore remordet.
Chriſtus at indagat longa an ſit temporis ætas
Talia quod tulerit miſerando in corpore monſtra.
Quem pater à primis docet hæc ineuntibus annis
Monſtra tuliſſe, ſuos pergitq; efferre dolores.
Vulcanum in medium quod præcipitauerit illum
Sæpius, in medias dæmon ſceleratus & vndas.
Funere quo tandem, & letho conſumeret atro.
Tu verò tu ſi quid habes opis affer, & ægro
Succurras puero, per te, per ſidera teſtor
Perq; ſimul talem qui te genuere parentes
Et triſtis miſerere patris, miſerere ſenectæ
Grandeuæ, & miſeri tandem miſerere puelli.
Quem contrà intuitus vultu, facieq; pudicus
Chriſtus, ait ſi tanta animo fiducia firmo
Hæreret, ſi tanta fides tibi, credere Diuis
Talia quo poſſes. nam credenti omnia cedunt.
At pater exorſus querulum miſerandus ab vdo
Proijcit ore melos, credo ſanctiſſime Chriſte
Tu dubiam firmato fidem, ſpemq; erige mentis.
Dixerat, inſtantes ſed vbi properare cateruas
Innumeras Chriſtus vidit, nigrum ille Tyrannum
Increpat, & dictis malè ter demulcet amaris:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Quin age mute draco, quin mox fœdiſsime Dæmō
Cedito, non vllum rurſus rediturus in æuum,
Beſtia ab hoc ſubitò tibi mando abſiſte puello.
Ilicet horriſono Cocyti rex vlulatu
Vociferans, pueri torſit crudelibus ora
Rictibus, exceſsit pueriq́; è corpore Dæmon.
At proiectus humi iacuit puer ipſe repentè
Defuncto ſimilis: multi & de plebe ferebant
Exſpiraſſe animam iuuenem, quē rurſus in altum
Maximus erexit medicus, redijtq́; per artus
Mox puero vigor, & rediere in corpora vires.
Aſt vbi iam Chriſtus vicinis ædibus hoſpes
Succeſsit ſocij indagant, cur pellere regem
Tartareum haud illis fuerit conceſſa poteſtas.
Quos bonus alloquio & verbis dignatus amicis
Chriſtus ait, facile haud quiſquã, niſi dæmones vn
Expulerit precibus, conſtãti et pectore tales. (quã
Indè petunt recto Galilææ littora terræ
Tramite, nec voluit cuiquam ſe reddere notum
Chriſtus, at inſtruxit ſocios, & multa recluſit
Ventura: vt ſoboles caſta ſata virgine, tempus
Affore, cum letho tandem mulctetur amaro.
Heſperijs & equos vbi ter ſol tinxerit vndis
E tumulis iterum rediturum lucis in auras
Patre Deo genitum: indocti non verba miniſtri

Explicuere benè & Chriſtũ non quærere quiſquã
Auſus erat, latuere viros ſic dicta magiſtri.
Hinc iter accelerãt rurſum Capernaũ ad vrbẽ
Atq; vbi, magnanimus limen tectumq́; ſubiuit
Chriſtus, ait, ſocijs: veſtro ſub pectore quænam
Verba volutaſtis, recto dum tramite præſens
Huc flexiſtis iter ſocij mihi pandite verum:
Conticuere omnes, nec quiſquam mutua contrà
Verba dedit: de primatu namq́; antè miniſtri
Biſſeni tulerant ſermones, maximus heros
Sede ſuper ſtrata recubans, hæc fatur ad omnes
Diſcipulos: quod ſi quis auet fors primus haberi
E numero veſtrum, cunctos ſeſe infimus infrà
Dimittens vltrò tractet ſeruilia ſeruus
Munia, & hinc medio tenerum locat ille puellũ,
Dulciaq́; & puero libans mox oſcula fatur:
Quiſquis erit noſtro puerum qui nomine talem
Fouerit, & fuerit dulci hunc amplexus amore
Ille equidem penitus meme complectitur ipſum.
Quiſquis at amplexus fuerit me, hic ætheris alti
Excipit inſignem cœleſti è ſidere regem:
Fidus Iohannes ſic contrà affatur Ieſum:
Vidimus ante virum paulò qui Dæmones atros
Nomine Chriſte tuo humano de corpore ſæpè
Expulit, ille autem non nos comitatus euntes

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Vſq; fuit, verbis aſt interdiximus illi
Nomine ne ſtygios Chriſti fuget ille Tyrannos.
Et meritò quia nos minimè comitatur euntes.
Chriſtus adhæc: longè vos hæc ſententia fallit
Propoſitis nec eum ſtudijs, nec talibus auſis
Vetite, quiſquis enim noſtro ſub nomine ſigna
Ediderit, facilè haud in nos conuicia rurſum
Euomet, & noſtras quicunq; tuebitur vnquam
Res, minimè hic nobis poterit contrarius eſſe.
Qui gelidæ obtulerit vobis ſitientibus hauſtum
Forſan aquæ noſtro ſub nomine, præmia rurſum
Haud iterum fallent illum cæleſtia, quiſquis
Pectore ſed fœdo minimum de gente beata
Offenſum malè reddiderit, non luminis auras
Referret carpſiſſe illum, ſaxumq; ligatum
Grande gulæ illius præſtaret, & æquore vaſto
Cæruleis cupidam præbere hunc gentibus eſcam.
Noxia ſi fuerit manuum tibi dextera porrò
Enſe recidenda eſt ne pars ſincera trahatur.
Præſtat enim claudum penetrare palatia cœli,
Vndas quàm manibus ſtygias habitare duabus.
Pes tuus irritat ſi te de corpore toto
Detruncato pedem, præſtat namq; ætheris aulam
Incolere aeream mutilato corpore, binis
Sulphure quã pedibus fœcunda adtartara greſſus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Tendere: fors oberit tibi ſi vel dexter ocellus,
Erue eum, dempto ſiquidem nam lumine cæli
Perpetuò præſtat ſedes habitare beatas
Tartara quam binis ſubeas ſi ſaluus ocellis.
Nuncquã vbi vermiculus ter triſtia pectora ceſſat
Rodere, perpetuò renouantur vbi ignibus ignes.
Scilicet vt fuluum ſpectatur in ignibus aurum,
Omnia ſic hominum per flammas corda coruſcas
Luſtrari decet, vtq; niſi condita ſacratis
Hoſtia libatur, neq; dijs imponitur aris:
Pectora ſic ſale condiri mortalia debent
Nam condita ſalis vis à putredine cuncta
Vindicat, aſt in ſe virtutes perdit vt omnes
Sal, quibus ipſa poteſt corruptio vertier herbis?
Nec vos deficiat ſal, nec patientia vera,
Inq; vicem dulci voſmet foueatis amore.
Caput 10 *Trans hinc irriguas Iordanis fluminis vndas*
Cum ſocijs ſeſe cæleſtis contulit heros,
Ingentes illic ſolito de more cateruæ
Adproperant ſacris Chriſtus quas pectora dictis
Inſtruit. at cælo ſemper contrarius ordo
Fraudibus intentus, ſcelerata ad furta paratus,
Ordo nefandorum ſcelerum, Phariſaicus ordo
Iam fictis Heroa dolis iam crimine tentans
Talibus affatur regis cæleſtis alumnum.

Dic age

Dic age num licitum ſit per diuortia nuptam
Mittere? ſed contra Phariſæis talia Chriſtus:
Pandite legiferi quæ ſit ſententia vatis.
Legiferi illi autem contrà diuortia vatis
Subÿciunt, litris non improbat obſignatis
Segreget vxorem ſi per diuortia quiſquam.
Chriſtus adhæc: Synai vates non iure retrectat
Vincula connubÿ, veſtro ſed crimine motus
Duritie & veſtra quam non Marpeſia cautes,
Quamq́; adamantinũ necquicquã robur adæquat
Irrita coniugÿ conceſſit vincula adactus.
Aſt cum de nihilo rex condidit ætheris alti,
Terrasq́; tractusq́; maris cœlumq́; beatum,
Mortalesq́; ægros terræ de puluere fecit,
Vxoremq́; virumq́; vnà coniunxit, vt eſſent
Perpetuis ſemper vinclis tædisq́; ligati.
Exigerentq́; dies labenti tempore molles.
Ergò vir altores linquet, dulcesq́; parentes
Seq́; ſuæ fido coniunget pectore coſtæ,
Vna eademq́; caro nuptæq́; viriq́; manebit.
Vlterius non ergò duo ſed carne ſub vna
Vna caro, pectusq́; vnum ſunt fœmina virq́;,
Non homo diſſociet, ſummi ſociauit olympi
Quos rex, nam Deus eſt maior mortalibus ægris.
Chriſtus at vt ſubÿt præſentis limina tecti,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Perſtabant eadem ſocij iam dicta rogantes,
Quos ita præceptis inſtruxit: Coniuge quiſquis
Segregat à ducta ſeſe, tædaſq; ſecundas
Fœdus adit, caſtum thalami violauit amorem.
Segregat at ſeſe ſi ducta à coniuge nupta
Illaq́; ſi tædas celebrat ſcelerata ſecundas
Legitimi ſiquidem fœdauit fulcra cubilis:
  Hinc teneros paſsim pueros, paſsimq́; puellas
Adduxere patres Chriſto, vt benediceret illis.
Biſſeni at proceres dictis repulere parentes
Iudignis, tulit hoc minimè cœleſtis alumnus
Voſq; ait, huc pueros admittite, patribus atq;
Liberiorem aditum concedite, nanq; puellis
Aurea debentur nitidi capitolia cæli.
Quisquis nam infantis non ſeſe preparat inſtar,
Auricomã minimè hic habitabit & ætheris aulã.
Oſculaq; hinc teneris libat diuina puellis,
Illis impoſitis digitiſq; ſalubria poſcit.
  Vrgebant parili ſocij iam tramite greſſus,
Maximus at paulum proceres præceſſerat heros
Cum ruit ante pedes deflexo poplite Chriſti
Inſignis iuuenis, quo non probitate ſecundus
Moribus & patrijs quo non erat alter ab illo.
Procidit, & dictis heroa affatur amicis:
Optime cœlicolum, quid agam cœleſtia regna

Vt merear? contra quem talibus excipit heros:
Optimus eſt ſummi ſolus Rex magnus Olympi.
Monte ſed à Sinai leges quas protulit olim
Egregius vates didiciſti: Nullius vnquam
Legitimum cupias furtis temerare cubile,
Tu quenquam caueas crudeli mergere letho,
Rebus & alterius nunquam inſidiabere furtis.
Falſiloquo caueas quicquam teſtarier ore:
Non alium vanis nec fœdis decipe nugis,
Altoresq; tuos merito venereris honore.
Cui iuuenis contrà, primis hæc ſedulus annis
Vſq; modo memori ſemper ſum mente ſecutus.
Quem vultu intuitus contra mox Chriſtus amico
Hæc fatur: Res vna tibi modo reſtat agenda
I citò, quicquid habes fuluũ in conuerte metallũ
Atq; inopum ſubeas huc illuc tecta virorum
Et quodcunq; tibi eſt inopum largire cohorti
Gaza renaſcetur ſummo & tibi diues Olympo.
Hinc patienter onus, multaq; incommoda ferto
Poſt modò me ſequere: ille animo miſerabilis ægro
Ibat, & Heroem linquebat dura ferentem.
Nanq; illi rutili, pictai veſtis, & auri
Copia diues erat. gemmisq; operoſa ſupellex.
Chriſtus at intuitus ſocios, hæc ore profatur:
Hei mihi, difficile eſt ditem quàm ſcandere cœlũ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Diſcipuli ſubitò dictis non mollibus ægri
Redduntur, placida affatur quos voce ſecundò:
O mî filioli, Quibus hic ſpes omnis in vno
Stat Plutone, quibus curæ eſt numeroſa ſupellex
Haud facili aërias ſcandent hi tramite ſedes.
Atq; ingens vaſta penetrabit mole Camelus
Ipſe foramen acus citius, quam diues olympum
Occupet. attoniti magis & magis vſq; miniſtri
Redditi, & has triſti promſerunt pectore voces:
Ecquis erit tandem cœli regione beata
Qui poſsit felix nimium gaudere receptus?
Chriſtus ad hæc contrà: non hoc mortalibus ægris
Poſsibile eſt, factu ſunt cuncta facillima Diuis.
Tunc Petrus Heroa affatur, nos omnia ſponte
Argentum, rutilumq; aurum, cum rete carinam
Liquimus & comites per mille pericula vitæ
Hæſimus, haud quicquam ſub te tolerare Magiſtro
Pœnituit, quæ nos igitur quæ digna manebunt
Præmia? ſed contrà pulcherrimus edidit heros
Talia: vera loquor, falſi non arguet vnquam
Vlla dies memet: quiſquis, domicilia, fratres,
Germanas, dulces genitores, pignora, nuptam,
Iugera, & argentum, gemmas, rutilũue metallũ
Nomine pro noſtro, noſtro pro dogmate porrò
Perdiderit, rurſum donis dotabitur ille

Centenis, hic tecta iterum fratresq́ ſororesq́,
Et dulces iterum genitores, pignora, nuptam,
Iugera & argentum, gemmas, rutilumq́ metallū
Hic & vbiq́ ſibi per mille pericula vitæ
Inueniet, ſtabiles rumpent cum fila ſorores
Eliſios viſet campos, ſedesq́ piorum,
Nectar vbi potet, dabiturq́ ambroſia dulcis,
Et tandem venient cum fata nouiſsima mundi
Dijs ſimilis, vitam viuet ſine fine beatam.
Multi autem primo gradientes tramite, ſeri
Rurſus erunt, multi gradientes tramite ſero
Rurſus erunt primi, ſic ò mutabilis æui
Sors, & in humanis ludit diuina voluntas
Rebus, vt hic primus, contrà nunc vltimus extet.
Ianq́ iter ad Solimæ flectebant mœnia Chriſti
Diſcipuli, quos præceſsit ſanctiſsimus heros,
At Proceres monuere iterum præſagia mentis,
Indoluere animis, gelidusq́ per ima recurrit
Oſſa calor, timidi ſic ſunt Heroa ſequuti.
Biſſenos vocat at Proceres, queîs talia Chriſtus
Explicat: en iterum Solymorum ad mœnia greſſus
Tendimus, & primis ſoboles ſata virgine caſta
Prodetur Procerum & primis de gente ſacrata
Exquiſita illi ſcelerato pectore cuncti
Supplicia inuènient, fœdis & gentibus illam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Deriſam toties, nudatam verbere coſtas,
Fœdatam facie, & turpatis cæde capillis
Obijcient, & eam diſtendent arbore in alta.
Ter caput exeruit rurſum cum Phœbus honeſtum
Ex imo propria ſurget virtute ſepulchro.
  Pulchra Zebedæi Iohannes atq; Iacobus
Hinc ſoboles Chriſtum compellat talibus almum:
Chriſte tibi ferimus quæ vota his annue mitis
Chriſtus ad hos, animi concepta efferte petentis?
Quem contra: venies in maieſtate verenda
Veridicus quando tu totius arbiter æui
Nos dextrum læuumq; latus fac claudere ſolos
Chriſte tibi: magnus ſed contra hæc retulit heros:
Neſcia ſiderei reuera pectora cæli,
Inſcia dona petunt: num poclum haurire poteſtis
Quod mihi iam reſtat nimium ter triſte bibendũ.
Nunquid & hoc itidem poſtis baptiſmate mergi
Ipſe ego quo prius aſpergar? Sed protinus illi
Affirmant: placidis contra quos vocibus heros
Excipit, hunc ipſum ſiquidem cratera bibetis,
Iam mihi quod reſtat poclum ter triſte bibendum,
Contingetq; ijſdem vobis luſtrarier vndis,
Ipſe quibus modò luſtrabor, ſed cingere dextrum
Et læuum latus, haud mihi, ſed cæleſtis olympi
Regi, quem tanto fuerit dignatus honore,

Officium incumbit tantum concedere munus.
Audiuere decem cum fratrum vota duorum,
Indignum reputant factum, violentia gliſcit
Omnibus,& ſubitò hinc irarum accenditur æſtus.
Non tulit hoc Chriſtus, ſocios demulſit amicis
Ilicet aſt verbis, atq; hæc ſimul edidit ore:
Faſcibus inſignes paſſim dominantur in orbe,
Imperioq; premunt ſibi ſubdita pectora forti.
Sic vos non itidem, ſed quem iuuat eſſe potentē
Infimus hic infra cunctos ſit, maximus eſſe
Quiq; auet, hic obeat ſeruilia munia ſeruus.
Nec patris æterni ſoboles veriſſima mundum
Venit in hunc miſerum, vt Regum de more poten
Multa miniſteria exoptet, ſed ſeruiat ille (tum
Omnibus & tandem moriendo reſtituat rem.
Palmoſæ hinc greſſus mox Hierichontis ad vrbē
Flexit, & huc proceres vnà multæq; cohortes
Approperant, ſtudijs excitæ heroa videndi.
En vbi quo recto via deducebat ad vrbem
Tramite Timæi ſoboles Bartimeus illo
Conſedit, cæcus, ſtipemq; expoſcit egenus.
Ille vbi iam didicit Nazaræ ex vrbe profectum,
Inſignem aduentare virum, mox tendit in auras
Altiſonam toto cæcus de pectore vocem:
Chriſte Ieſu miſerere mei miſerere precantis.

Chriſte Ieſu miſerere mei miſerere precantis.
Multi autem increpuere virum ne fortè moleſtus
Heroi foret, ille magis dat pectore vocem
Ingentem: miſerere mei indubitate Dauidis
Chriſte Ieſu fili: tetigit clementia pectus
Herois, vocemq́ tulit non amplius ægri,
Inde iubet populis accerſere lumine captum,
Nec mora plebs cæcũ vocat, atq; hæc inſuper addit
Quin animo lætere, vocat te maximus heros,
Surge age, proſilijt confeſtim lumine captus
Abijciensq́ ſimul veſtem, contendit ad ipſum
Læticia exultans, quem dictis talibus heros
Alloquitur, tandem dic quid miſerabile carmen
Expetit, hoc iteras alto quod pectore crebro?
Cæcus adhæc, reddas obtuſis lumen ocellis.
Quem contrà Chriſtus: cæli conuexa tuere,
Lumine namq; fides tua te donauit vtroq;,
Luminaq́ extemplò patuere, aciesq́ venuſta
His redijt, Chriſtumq́ vnà eſt comitatus euntem.
caput ‖ Iãq; propinquarant Solymorũ vt mœnibus altis,
Betphage vbi ſurgit ramis frondentis oliuæ,
Ex numero binos ſociorum ablegat, & illis
Dat mandata, petant vicinum tramite vicum,
Mox celeri, atq; illic cuius non tergora quiſquam
Preſſit eques pullum ſubito inuenietis, eundem
Soluite

Soluite & huc recto deducite tramite, ſi quis
Forte rogat cauſam. verba illi mutua contrà
Hæc date: iam dominus cœli pullo indiget iſto,
Mox concedet equum, ſocij præcepta capeſſunt,
Ante fores pullumq́; vident aſinamq́; ligatam.
Nec mora, ſoluentes frena, adduxere capiſtro
Quadrupedantem illi, ſed qui videre miniſtros
Soluere equum cauſas inquiſiuere, ſed illis
Admoniti quorum, reddunt reſponſa miniſtri:
Pandus vt adductus coram apparebat aſellus
Iniecere illi detractas corpore veſtes,
Atq; humili regem tantum impoſuere caballo.
Plurima diſperſo pars compita replet amictu,
Pars virides lauro cedit de virgine ramos.
Frondibus atq; aditus decorat viridantis oliuæ.
Voce ſatellitium numeroſum clamitat alta,
Vndiq; quod Regem ſtipabat: Gloria Diuis,
Laus operoſa nouo ſit ſemper gloria Regi,
Nomine qui Superum tendit qui nomine Diuū.
Gloria ſit regno ſemper ſediq; Dauidis,
Iam modò quod magnus Rex ætheris inchoat alti,
Gloria ſit Superis, ſit ſemper gloria Diuis.
Talia perſtabant clamantes, Chriſtus at vrbem
Quadrupedante altam Solymorū inuectus, vbiq;
Rex ſua regna oculis veſtigat, templa, forumq́;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Sacratos, vbi luſtrarat benè ſingula, rurſum
Vergeret Heſperias feſſus cum Phœbus ad vndas,
Mœnibus egreditur, ſocijs comitantibus vnà,
Et ſe Bethaniam diuinus contulit heros.
Phœbus vbi rurſum luſtrabat lampade terras,
Bethania egreſſum magnus ſtimulauit edendi
Hunc amor, & ficum intuitus quæ diues opacis,
Ponè viam ſtabat folijs ornata decoris,
Hanc adit, & fructus caruit quibus arbor, ab illa
Expetit, vt nullos iam vidit in arbore ficos,
(Nam fuit hoc primi ſub tempus amabile veris)
Non vlli ſterilis, poſt vnquam munera fundas
Inquit, & areſcas penitus radicibus imis,
Dixerat, & ſocij voces hauſere Magiſtri.
Hinc iterũ greſſus Solymorũ ad mœnia Chriſtus
Flexit, & ingreſſus penitus iam fana prophana,
Indoluit populi ſortem templiq; ruinam,
Et ſubitò accenſus ſtimulis ingentibus iræ,
Vendentes ſimul & flagris eiecit ementes,
Tergoraq; & tortis ſonuerunt pulſa flagellis,
Hic menſas, ſedesq; vno ruit impete cunctas
Mercibus addictas: ſimul atq; hæc edidit ore:
Nonne ita ſacrorum referunt pia carmina vatũ,
Eſt ſacrata pijs mea votis ſcilicet ædes
Gentibus & cunctis longè venerabile tectum

At vos artifices ſcelerum, mea templa ferorum
Vertiſtis ſiquidem in domicilia fœda latronum:
Vt Solymæ Proceres hæc facta hauſere, nefanda
Conſilia expediere, Deum quo funere tandem
Mulctatum raperent, ſed plebs his obſtitit omnis,
Nanq; illũ egregiè verba haud ſpernenda docentẽ
Suſpexere omnes mirati ingentia facta.
Poneret vt ſerus ſemper ſe veſper olympo
Mœnibus exibat Solymorum candidus Heros.
Phœbus vt Eois rurſum properarat ab vndis
Ecce relegerunt iter huc, atq; arida ficum
Excuſsis ſtabat folijs, ramoſq; venuſtos
Perdiderat, nec erat vigor in radicibus imis.
Mirantur ſocij: at Petrus magis omnibus antè
Intentus dictis, ait, en venerande Magiſter
Aruit vt ficus penitus radicibus imis,
Cui tua non vanis maledixit lingua loquelis.
Chriſtus ad hæc contrà: Saltem confidite Diuis,
Vera loquor, ſi præciperet quis montibus altis:
In mare quin ſubitò vos præcipitate profundum
Pectore ſi verè ſtatuit quod lingua profatur.
In mare confeſtim mons præcipitabitur altus
Indubitata loquor: ſi quicquam ſideris alti
Poſcitis haud dubio cœleſtem pectore Regem.
Irrita non vobis loquor vnquam vota redibunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Nil pater æthereus neſcit poſcentibus vnquam
Abnuere: at cum vota pio profunditis ore
Delictis prius alterius concedite ſponte
Orantes veniam, ſic omnipotentis olympi
Rex veſtris veniam næuis concedet in aſtris.
En iterum Solymæ petierunt mœnia celſæ
Vtq; ſacram ſubiere domum, Phariſaica turba
Quæritat Heroa vnde illi ſit tanta poteſtas,
Imperium vt ſacræ penitus ſibi vendicet ædis?
Chriſtus ad hæc: vnum contrà ſolūmodo verbum
Quærere vos mihi ſit fas, dicta reponitis autem
Si quæſita, dabo rationem & muneris acti.
Dicite Iohannis nuncquid baptiſmata vatis
Hæc referant ortum primum è cœleſtibus oris?
An verò conmenta hominum ſint vana? tacetis
Reſpondete, illi partes in vtraſq; malignos
Perpendunt aditus atq; hæc ſub corde volutant:
Dixerimus nanq; hoc cœleſtis originis eſſe
Si baptiſma, ſtatim dictis nos arguet iſtis:
Cur igitur vati veſtrum non credidit vllus,
Sin conmenta hominum, nata & mortalibus oris
Dixerimus, male nos populus, plebiſq; cohortes
Corripient, magnum ducebat plurima vatem
Gens etenim Ianum: id pariter profitentur Ieſu
Ignorare quidem ſeſe baptiſmatos vndè

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Prima ſit, è cœlis an terris nunquid origo:
Tum Chriſtus, nec ego quo iure hæc ſingula pandã
Efficiam, imperium & ſacræ me vendicet ædis.
Sacra per ambages hinc Chriſtus verba profatur: Caput 12
Vir fuit eximius nummis & diues & auro
Qui latum extruxit ſtudijs ingentibus hortum,
Et longo inſeruit viridantes ordine vites
Vineaq; appoſitis munita eſt vndiq; circum
Sepibus, in medio poſuit monumenta, ſed horto
Eliceret roſeum queîs vitibus ille ſaporem,
Addidit his altam tutum ſimul inſuper arcem
Præſidium, indè viris nonnullis elocat hortum,
Magnũ iter et peregrè ad lõgas proficiſcitur vrbes
Iamq; vbi tempus erat maturæ vt vitibus vuæ
Aſſurgunt, madidis cingitq; & tempora ſertis
Vinitor, ablegat Dominus mandata miniſtrum,
Qui ferat iſta viris, Domino dent dulce Lyæum
Vitibus à proprijs, proprijs atq; inſuper vuis
Extuſum, artifices ſcelerum, fœdiq; latrones
Verbere nudarunt detectis tergora coſtis
Serui equidẽ, et Domino poſt turba remiſit inanẽ
Improba: iamq; iterum famulũ, fidũq; miniſtrum
Mittit herus, qui iuſſa viris ferat illa ſecundo,
Debita quo Domino Bacchi mox munera pendãt
Artifices ſcelerum caput illiſere miniſtri

Prædura ſilice & vacuum emiſere viciſſim.
Tertius ad fœdos legatur deinde latrones
Seruus, eum triſti merſerunt funere, multos
Corripuere flagris, mulctarunt funere multos.
Vnica reſtabat Domino & chariſsima proles
Talia, quam demum ablegat ſub corde volutans:
Vnicus hic gnatus, meus eſt, hic dulcis alumnus,
Haud dubiè ſceleris iam friuola corda pudebit
Et mage præſentem iam turba timeſcet alumnū.
Turba ſed vt gnatum fœdiſsima creuit herilem,
Ilicet indignis ſoluens ſua vocibus ora:
Huc ſocij huc volucri fatur contendite greſſu,
Verus adeſt hæres, qui ſi tranſmiſſus ad orcum
Vnica nos Dominos ſibi vinea vendicet omnes.
Vnicus en patris mulctatur funere gnatus
Vnica ſpes ſobolis letho ſubmergitur atro.
Eijciturq́ foras gnati miſerabile corpus
Aſt vbi crudeli flammarum concitus ira
Aduentabit herus quæ præmia digna latronum
Huic reddet turbæ? exſcindet radicitus omnes.
Corporaq́ illorum flammis crepitantibus vret
Atq́ viris dabitur cultiſsima vinea dignis.
Talia conmemorans dictis his perſtitit heros:
Sacrorum nunquid meminiſtis prodere vatum
Carmina? quod procul artifices. vt inutile ſaxum
Abiece-

Abiecere, loco primo fuit inde repoſtum,
Vt monumenta ferat, parias geſterq́ columnas
Fecit id altitonans oculis mirabile noſtris
At Solymæ Proceres ſubitò indignantur & almo
Iam iamq́ Heroi intentant fera vincla, notatos
Nam facilè à Chriſto ſeſe videre, ſed omnis
Plebs iterum nimium ſceleratis obſtitit auſis,
Ergò indignantes tectis ceſſere ſacratis,
Ilicet & fœdi ſacrum liquere Magiſtrum.
Conſilia expediunt hinc ter ſcelerata, cothurnos
Hinc varios fingunt turpi quo crimine poſſent
Fallere veridicum per dicta ter improba vatem.
Nec mora mittuntur Phariſæi & præſidis vnà
Auſonij pubes: dictis qui talibus orſi:
Magne vir ætherei præco veriſsime verbi,
Nos equidē ſcimus, nec enim mens fallere ſancta
Nos poterit tua: veridicum te ſcilicet eſſe
Inſignemq́ adeò vatem, mortalia curet
Qui nihil haud faſces et ſceptra ſuperba moretur
Aſt iter ætherei cunctis te pandere cœli
Nouimus haud equidē fallax: dic ergò quid æquū
Tu reputes: cenſum Auſonio num pendere fas ſit
Cæſari, an illicitum? fraudes ſanctiſsimus heros
Senſit & hæc retulit quærentibus: vſq́ nefanda
Quid iuuat innocuum, vos fraude laceſſere vatē

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Quem penès eſt veſtrũ ſaltē mihi porrigat aſſem
Exhibuere illi groſſum: quos talibus heros
Excipit: hæc mihi: quē ſpectent inſcriptio & ipſa
Pandite imago, illi referunt mox Cæſaris eſſe:
(Frangitur en miſerè prolata voce cothurnus)
Ergo ait auſonij quodcunq; eſt Cæſaris, illi
Reddite, quæ Superis debentur reddite Diuis.
Conticuere omnes mirati inſignia vatis
Verba ſacri, & Procerũ retulere hæc dicta coronæ.
Nec ſatis hoc Sadducæi quoq; bella minantur
Improba turba, quibus condũtur vt oſſa ſepulchris
Iam ſemel, vnà etiam moritur ſpes altera vitæ
Perpetuóq; putant reſoluta cadauera terris
Hæſura, et Superas nunquam reditura ſub auras,
Talibus atq; alijs verbis affantur Ieſum:
Legifer hæc fixit vates: ſi fila ſorores
Tres cuiquam properent non vlla prole relicta
Alter vt vxorem Germanus deindè relictam
Accipiat faciatq; patrem iam prole ſepultum.
Nouimus at ſeptem nos omnes ordine fratres
Hîc Solymis habitaſſe, vnà et cũ nupta Hymenæos
Septenos celebraſſe viros, ſine prole ſepultus
Primus obit, porrò moritur ſine prole ſecundus
Tertius, & quartus, quintus & ſeptimus vnà
Vnus poſt alium tandem ſine prole ſepulchris

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Succedunt omnes, moriturq́; et fœmina coniunx.
Iamq; vbi de tumulis, dic corpora lumine functa
Aſſurgent iterum, & veſcentur luminis aura.
Cuius erit coniunx, cuiusq́; hæc nupta putanda?
Nupta etenim coniunx ſeptenis fratribus vna eſt.
  Quos contrà æthereus cœli compellat alumnus
Nonne ego vera loquor? ſacrorum carmina vatū
Vos equidem longè fallunt, nec ſideris alti
Eſt vobis perſpecta ſatis, neq; cognita rectè
Conditio, ſurgent monumentis rurſus vt imis
Buccinaq́; vt ſonitu reuocabit lumine caſſa
Corpora, non vllas tædas atq; hinc hymenæos
Vlterius nullos celebrabunt, pectore ſancti
Aligeris ſimiles ſed erunt tunc gentibus omnes.
At quibus erepta eſt per tres hîc vita ſorores
E tumulis rurſum redituros lucis in auras
Legiferi an nunquam ſcrutati carmina vatis
Eſtis, vbi verbis ipſum hoc deſignat apertis:
Cum fruteta inter cœli Rex maximus infit:
Sum Deus Abrami Deus & ſum verus Iſacis,
Sum Deus & verus Iacobi? non Deus autem
Lumine perpetuò caſsis, ſemperq́; ſepultis
Eſt Deus, aſt illis ventura in ſecula ſemper
Qui degunt, vitamq́; agitant ſine fine beatam
Eſt Deus, id toto erratis vos pectore cœlo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Aſtitit his quidam primus de gente ſacrata
Mutua qui ſolidum bellè perpendit ad vnguem
Inſignis dicta Herois, vereq́ profatum
Omnia luſtrauit: mox hic quoq́ talibus orſus:
Dic age Chriſte mihi quæ lex nā maxima legū eſt?
Chriſtus ad hæc: prima eſt, et legū maxima lex eſt:
Quin animos cuncti pariter de gente Iehudæ
Tendite: Rex tantū Deus vnicus ætheris alti eſt,
Toto corde Deum, totis & viribus, omni
Atq́ anima, venerare, time, cole, dilige verum.
Hæc lex prima quidē legū eſt, ſed deindè ſecunda
Omnia perſimilis dicā virtute priori:
Dilige ſic alios vt tu te diligis ipſum.
Ardua non Superi magis his præcepta dedere.
Cui iuuenis contrà: certè indubitata Magiſter
Effaris: Deus eſt etenim ter maximus, vnus
Quemq́ anima verè venerari, pectore toto
Complecti hinc alios vt ſe quis diligit ipſum
Plus equidem eſt quàm taurorum ſi tergora mille
Thuricremis quis fortè focis imponat, & aris
Hoſtia ſi numeroſa cadat: Cui talia Chriſtus
Vt pia non vano referentem pectore vidit
Carmina ſubiecit: Non ò te ſemita cœli
Multum equidem fallit, nec iter cœleſtis olympi.
Dixerat, & pariter tenuere ſilentia cuncti.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Iam pia cum ſacro penderet ab ore docentis
Dogmata plebs Chriſti dixit: Phariſaica turba
Quid Chriſtum perhibet gnatū, ſobolēq́; Dauidis?
Pſalmographus referat ſancto cū carmine vates:
Ipſe meo Dominus Domino ſic ætheris alti
Dixit, age ad noſtram modo te conſiſtito dextrā
Pectora fulcra tuis dum ponam hoſtilia plantis,
Ieſſæius Dominum ſi Rex hunc dictitat, ergò
Iure poteſt quonam dici Dauidis alumnus?
Audijt, & ſtudijs plebs ſummis audijt illum,
Aetereum dio nam quid ſpirabat ab ore.

Prima ſit hinc ſtudijs Phariſæos cura cauere
Chriſtus ait, populis, longa qui veſte togati
Incedunt, & humum verrunt, titulisq́; ſuperbis
Per fora, ſe paſſim gaudent vocitarier omnes,
Sedibus & primis recipi per tecta Scholarum
Exoptant, menſisq́; volunt aſſueſcere primi.
Impia protendunt dum vota precesq́; malignas,
Tecta pupillorum, & viduarum pectore fœdo
Hi viduata magis faciunt, & inania reddunt.
Triſtior ergò premet ſceleratos pœna miniſtros.

Interea in templis contrà iam conſidet arcam
Chriſtus, & intuitus ferrent qui munera, dites
Huc illuc conferre videt non munera parua.
At vidua interea graditur paupercula ciſtæ

Imponitq́; obulos cultu de paupere binos,
Conficiuntobuli nummum duo, Chriſtus at inquit
Hinc ſocijs: verè mulier paupercula ciſtæ
Impoſuit. reliquis longè plus omnibus, vnà
Contulit. Ipſe etenim diues de diuite fructu
Et quod abundauit largè, dedit, illa ſed omne
Aes ſimul impoſuit, quicquid reſtabat egenos
Contulit huc vnà mulier paupercula in vſus.
Caput 13 Rurſus vt egreſſi templis, tectiſq́; ſacratis
De numero quidam ſociorum affatur Ieſum:
Tecta vides, parioq́; altos è marmore poſtes?
Vt frontiſpicium cœli conſurgat ad aſtra?
Vt paſſim niteant veterum decora alta parentum?
Cui Chriſtus: monumenta alto ſurgentia cœlo
Quæ modo miraris bifidoq́; & lumine luſtras,
Diruta lubentur penitus, temerataq́; nullo
Saxa loco non inuenies, exciſa peribunt
Sic miſerè quæ tecta vides ſurgentia cœlo.
Monte ſuper viridi poſtquam viridantis oliuæ
Conſedere, pium mœrenti corde Magiſtrum
Compellant ſocij Petrus Iacobus, & vnà
Iohannes ſimul Andræas, dic ætheris alti,
Dic Rex quando diem rutilo portabit ab axe,
Cum deſtructa ruent tecti monumenta ſacrati.
Et quæ ſigna prius, quæ vel præludia caſum

Prædi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Prædicent tantum, & ſignabunt tempora primũ
Quos bonus alloquio contrà dignatus amico
Chriſtus ait, vigilate animis, nam pectore firmo
Nunc opus eſt ſocij, ne quis vos auia ducat.
Nanq; meum multi proſlabunt pectore nomen,
Et ſe mentiti ſobolem cœleſtis olympi
Pectora multa virum fumoſa ad tartara ducent.
   At toto miſerè cum Mars furet impius orbe
Et ſæuo incutiet terram Bellona flagello
Horriſonis lituum ſonitus cum ſidera ſummi
Alta poli feriet, præſentes tollite vultus
Non metus acer agat tunc triſtia pectora, nanq́;
Omnia ſic fieri fatorum inmobilis ordo
Poſtulat, aſt aderit non ſera his meta laborum,
Tunc ſceleri dabitur ius, militiæq́; patronus,
Tunc populum latè regem in ſua viſcera verſum
Cernere erit dextra victrici, Regibus arma
Inferet & Rex,& Ducibus Dux,& populo plebs.
Tunc delirantes vicinis mœnibus vrbes
Arma minabuntur, tunc paſsim terra dehiſcet,
Abſorbebuntur multæ telluris hiatu
Montibus è ſummis decuſſæ fulmine turres,
Omnibus ægeſtas latè dominabitur oris,
Tunc metus horrendus percellet pectora, triſtis
Tunc angor miſeras cruciabit & vndiq; mentes,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Temporis extremi ſunt hæc præludia certa.
  Vos quoq; vos triſti miſerarũ in turbine rerum,
Ibitis huc illuc per mille pericula vitæ,
Et tandem fœdo tenebrarum carcere clauſi
Verbera, tum virgas ſæpè experiemini amaras.
Regibus, & coram Ducibus, populiq́; Senatu
Stabitis adducti palmis poſt terga ligatis
Me ſiquidem propter, mea propter dogmata, veros
Criminis vt teſtes habeant, ſcelerumq́; ſuorum.
Nuncia præterea cœli lætiſsima cuncta
Climata per mundi latè ſpargentur vbiq;.
  Iamq; vbi vos ſiſtent ſcelerato iudice coram
Cura premat minimè triſtis tunc pectora, verbis
Ora reſoluatis quibus, at quodcunq; patronus
Sidereus flamen ſacrum omnipotentis olympi
Obtulerit, vobis ſaltem hoc efferte parati.
Tunc erit in toto nuſquam concordia mundo
Obijciet letho fratrem tunc frater, & ipſe
Sponte neci genitor generatos tradet alumnos
Filius & patrios rurſum conſurget in annos.
Vos quoq; & inſidijs & multis fraudibus orbis
Perpetuo premet, & vos contrà odia aſpera fœdus
Miſcebit ſemper mea propter dogmata, mundus.
O nimium felix atq; omni parte beatus
Cuius non animum tot monſtra horrentia terrent

Pectore

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Pectore ſed firmo tetro luctatur in orbe
Vitaq; reſpondet conſtans aſt vltima primæ
Inmarceſsibili redimitus tempora ſerto
Ibit ouans animis hic in cœleſtibus oris.
Nubila videritis vos hæc cum tempora, vates
Daniel vſq; adeò meminit quorum ille ſubindè
Et quando horribilis paſsim vaſtatio terris
Ingruet, & totum perflabit turbine mundum
Horrida tempeſtas, quiſquis regione moratur
Tunc in Idumæa, montes contendat in altos
Quiq; Palæſtinis viuit tunc triſtis in oris
Protinus in tectis tutum ſibi quærat Aſylum.
Quiſquis at enixè ſummi faſtigia tecti
Difficili tandem ſuperauit tramite, tectis
Hic iterum minimè ſtultus deſcendat ab altis
Aedibus vt quicquã ex clauſis depromat, in agris
Quiſquis at huc illuc miſerandis paſsibus errat
Rellicti haud iterum repetat domicilia tecti
Auferat vt veſtes: væ væ prægnantibus autem
Lacteaq; & teneris præbentibus vbera natis
Turbine ſub tanto: votis quin flectite Diuos
Incidat hæc rigidæ fuga ne ſub tempore brumæ
Tantus enim luctus, tamq; hoc erit horrida certè
Tempore tempeſtas, qualis dum machina mundi
Magna ſtetit minimè fuit, & dũ machina ſtabit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Non erit, & numerum ſi non Rex ætheris alti
Scilicet ipſe horum ſubduxerit antè dierum
Non hominum ſedes cuiquam ſperare beatas
Fas foret, electos propter breuiabitur autem
Tempus & annorum numerus curtabitur ipſe.
Si quis at hoc vobis fors tempore dixerit: ecce
Hic Chriſtus vel ibi, non falſis fidite dictis.
Multi etenim Chriſti mentiti nomina, multi
Vaniloqui vates, qui multa inſignia paſſim
Hic illic varijs edent miracula ſignis
Et totum implebunt monſtris ingentibus orbem
Vt ſimul electos, ſi non mens alta Tonantis
Obſtaret, fœdis erroribus implicitarent
Omnia veridico prædixi præſcius ore.
Id fidus vigilate animis & pectore firmo.
Ilico poſt nebulas tempeſtatemq; tremendam
Mundi oculus ſol illuſtris caput abdet honeſtum
Aſperſum maculis, medioq; in tramite cœli
Lumine deficiet, Phœbi germana nitorem
Exuet & ſolitum, & pullo liuebit amictu
Hinc fixa & pariterq; errantia corpora cœlo
Præcipitata ruent, & terras igne cremabunt,
Hinc reſoluta ruent cœlorum elementa per æſtũ.
Tunc patris æterni properabit in æthere gnatus
Nube ſedens rutila ſub maieſtate tremenda.

Tunc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Tunc tunc aligeras mittet de gente cohortes
Aera recurua plagis à quatuor omnia rurſum
Lumine defuncta et reuocabunt corpora, magnus
Conſidet ſolio Rex totius arbiter æui.
Sumite de ficis viridantibus argumentum
Quam vigor in ramos primùm redit, arbor et ipſa
Turgeſcit gemmis, tunc veris amabile tempus
Diſcitis ex viridi protendere cortice rami
Haud aliter toto cum ſigna minacia cœlo
Creueritis, fragilis properare nouiſsima mundi
Fata animis ſiquidem properè præſumite veſtris
Vera loquor, cœli, terrarum & diffluet æſtu
Machina, ſed nunquã mea dogmata ſacra peribũt
At non ipſa dies, nullis mortalibus hora
Cum patris æterni verus properabit alumnus
Conſtat, & aligeram gentem ſobolemq; Tonantis
Hora fugit, ſolam nouit pater ætheris alti.
Ergò animis vigilate pijs & pectore firmo
Expectate diem, ne vos hæc tempora fallant.
Scilicet vt Dominus peregrinas verſus ad oras
Muniaq; iniunxit famulis & iuſſa miniſtris
Certa dedit, vigili reditum expectaret herilem
Pectore: ſic etiam vos euigiletis herilis
Opprimat aduentus proflantes pectore ſomnum
Ne ſubitò, namq; incerta eſt hæc hora diei

Qua Dominus veniet, vel cum ſe veſper olympo
Componit, veniat vel cum ſe Pleiades vnà
Exeruere, aut cum liquido dat gutture vocem
Criſtatus tenebris ales nigrantibus, ille
Vel properet, roſeis vt quando auriga quadrigis
Inuehitur vigilate omnes, vigilate fideles
Quæ modò præcipio vobis mando omnibus iſta.
Caput 14 Vltima iam Chriſto properabat meta laborum
Et iam tempus erat, pro ſcilicet omnibus vnus
Vt lueret pœnas, dira & cum morte paciſci
Perpetuò inciperet, pro cunctis maximus heros.
Annua iamq; iterum Solymorum feſta redibant
Sacraq; poſt geminos properabant Paſchata ſoles
Pontificum vt ſcelerata cohors Procerũq; ſenatus
Conſilia expediere Deum quò fraude nefanda
Conſtrictum vinclis mulctarent funere acerbo,
Innocuoq; graues caperent de ſanguine pœnas.
Ne tamen hoc fiat feſtis dixere diebus
Fortè graui populi ne ſeditione premamur.
Cum ſocijs iam contulerat ſe maximus heros
Bethaniamᶜ toto & cui ſqualida lepra ſedebat
Corpore Simonis ſucceſſerat ædibus hoſpes
Ecce ibi cum menſis ſocij ſanctusq; Magiſter
Accubuit, beneolenti perluit Alabaſtro
Fœmina diuinum caput, & ſacra tempora Nardo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Induit inſigni, ſpirat domus vndiq; odore
E capite & ſtillant pretioſa vnguenta ſacrato
Inq; genas, & barbitium ſuauiſſima manant
Balzama: biſſent vnguentum vt videre per artus
Nobile profuſum illiſo ſimul Alabaſtro
Quippe virum ſubÿt mox indignatio mentes
Atq; inſignis ibi furtis ſceleratus Iudas
Indignis ſua labra modis & vocibus ora
Soluit: an hæc miſeris quicquam profuſio prodeſt?
Vnguentum poterat ter centum nobile nummis
Vendier hoc, inopum ſortemq́; leuaſſet amaram.
Non tulit hoc Chriſtus, ſed verbis orſus amaris
Caſtigat ſocios: miſeram quid quæſo puellam
Irritare iuuat? magnum mihi fœmina certè
Præſtitit officium, ſummo officioſa labore.
Semper adeſt & inops vobis miſerandaq́; turba
Cum lubet illius miſereſcite, non ego ſemper
Hic adero vobis: ſummum mihi fœmina munus
Præſtitit atq; meum ſpiranti corpus odore
Induit, ipſa prius rigido quam membra ſepulchro
Condantur mea, defunctũ & requieſcat in vrna
Corpus, vbi totum volitabit fama per vrbem
Illius, inueniet certè memorabile nomen
Fœmina, quod nũquã interimet lõgæua vetuſtas.
Flammarum intereà ſtimulis accenſus Iudas.

Atro felle quidem tumet, inuidiaq́; nigreſcit.
Atq; hinc ad proceres recta Solymæq́; ſenatum
Pontifices tendit, ſcelerato vt pectore Chriſtum
Proderet his, illi vt facinus, conceptaq́; Iudæ
Auribus hauſere, ingenti mox pectora cuncti
Letitia affuſi, argentum exitialeq́; promtis
Deſpondent animis pro tantis auſibus, ille
Spe ſimul erectus nummûm, inuidiaq́; tumeſcens
Omnibus intẽtus Chriſtum eſt, quo proderet aſtu.
Prima dies exorta fuit tam Paſchatos, almum
Vt ſocij Heroa affati: dic fide Magiſter
Vis vbi? nos ſolito lectum mactemus vt agnum
More tibi? binos ablegat at ille miniſtros
Hæc queîs iuſſa dedit: mox quo via ducit ad vrbẽ
Ite mei Socij, ingreſſi iam mœnia, ſtate,
Illicet occurret lymphas, laticesq́; recentes
Impoſitos geſtans humeris, hunc paſſibus æquis
Aequate, hic properans quo tendit tramite greſſus
Obſeruate locum, atq; ijſdem ſuccedite tectis.
Nec mora, herum dabitur vobis cum copia fandi,
Hoſpitium, & noſtris accommoda poſcite ſacris
Hinc loca, continuò decorata palatia vobis
Oſtendet ſiquidem quæ mille coloribus olim
Induit artificis manus, & decorauit honeſtis
Vndiq; imaginibus, pulchris atq; vndiq; bellè

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Veſtijt hiſtorijs. hîc ſeptem brachia Nili,
Et marè diuiſum luſtrabitis aggeris inſtar,
Atq; palæſtinos ſiccis freta feruida plantis
Ingredier, parte hinc alia curuæ æneus anguis
In cruce torquebit ſinuoſa volumina caudæ,
Hinc tener impoſitus lectis ab ouilibus aris
Agnus in effigiem cæleſtis fumigat agni.
Hîc ouis eſt feſtis nobis comedenda diebus,
Dixerat, illi autem ſubitò mandata capeſſunt,
Veſtigantq; oculis prædicta palatia, & agni
Inſigunt verubus trepidantia viſcera cæſi.
Phœbus ad antipodas cum iã deſcenderat imos.
Cum ſocijs Chriſtus menſis aſſueuit ijſdem,
Vtq; dapes ſocij digitis, epulasq; paratas
Dum carpſere ſimul, curis ingentibus æger
Hæc loquitur Chriſtus: verò veriſsima teſtor
De patinis epulas mecum qui carpit ijſdem
Me ſcelere indigno, ſcelerato & pectore prodet,
Veſtrũ aliquis, veſtro ex numero me crimine pro-
Mæſti, animis cũcti & curarũ turbine preſsi (det.
Deficiunt ſubitò, & longo poſt tempore tandem
Vnus poſt alium inquirit: Dic alme Magiſter
Nuncquid ego ſim? cui iam tanta inſania mentẽ
Euertat. tantum ſcelus & qui perfidus auſit?
Perſtabant eadem reliqui; quos voce ſequutus

Tali, Chriſtus ait, veſtrum qui carpit ijſdem
De patinis epulas mecum, me pectore prodet
Improbus, & ſoboles certè ſata virgine caſta
(Prouida vt hoc referunt ſacrorum pectora vatũ)
Funere mergetur, letho & mulctabitur atro.
Væ tamen huicvnquam qui patris prodet alumnũ
Aetherei, væ, væ homini, referret id ipſi
Vt nunquam hauſiſſet vitalis luminis auras,
Matris & infelix nunquam latuiſſet in aluo
Pondus, & hauſiſſet iucundæ lucis amorem.
Iamq; agni pariter nudârunt tergora, Chriſtus
Cum Cererem prendit digitis frangitq; ſacratis
Corporis atq; ait hic panis veriſsima noſtri eſt
Portio, quin ſocij hunc edite, & poſt pocula dulci
Plena mero libans, Superis de pectore grates
Perſoluit, ſociosq; ſimul partitur in omnes
Pocula, & extemplò ſacrum exhauſere Lyæum.
Hinc ait, hic liquor eſt ſanguis meus, indubitatus
Eſtq; cruor, qui pro multis mortalibus ara
In ſacra crucis effundetur, vt abluat atras
Pectoribus ſordes, & næuos exuat omnes.
Vera loquor poſthac me nunquam ſerior ætas
Viderit vlterius dulcem hîc libare Lyæum
Omnibus exactis, cœli in regione beata
Sacra nouo libem rurſum quàm pocula more.

Vt pa-

Vt pariter ſacro celebrârunt carmine Diuos
Deuenere locos, vbi mons aſſurgit oliuæ
Tunc varijs Chriſtus labefactus pectora curis
Talibus affatur ſocios, mœſtosq; ſodales:
Hac mihi nocte quidẽ, verè mihi credite, veſtrũ
Nemo non infidus erit, ſacra carmina produnt
Hoc ita: percuſſo fugient paſtore, greges mox
Balantum, et ſpargentur oues per compita paſsim.
Aſt ego victor ouãs cum rurſum mẽbra ſepulchro
Extulero, tendam Galilæas primus ad oras.

Non tulit hoc Petrus, magna ſed feruidus ira
Inquit, an hoc adeò eſt vilis mihi pectore virtus?
Inbellisq; mihi bellatrix dextera facta eſt
Vſq; adeò? vt verear quenquã crudele minantẽ?
Non ita: ſit licet ex reliquis non transfuga nullus,
Non tamen inbellem arguerit me chare Magiſter
Vlla dies, ſimul & vagina liberat enſem
Atq; ait, an quiſquam hoc tutore impunè recedet?
Ibo animis contrà flammas vel ſpiret & orcum.

Veridicis contrâ dictis confutat Ieſus
Quem ſubitò: Tu tune adeò mauortia iactas
Pectora? Petre tibi refero veriſsima, nocte
Hac ipſa liquidum repetat bis gutture carmen
Quam prius en ales criſtatus, perfidus ore
Ter me abiurabis, ter perfidus ore negabis.

Petrus ad hæc: Spernam te lucis propter amorem,
Ibo equidem tecum per mille pericula vitæ,
Nulla dies, niſi mors ſolos diſiunget amantes,
Talia perſtabant, reliquiq́ eadem ore fremebant.
Getſamenē interra ad viridē proceditur hortū
Huc vbi peruentum eſt: ſocios mæſtiſsimus heros
Talibus alloquitur: paulum hac conſidite terra,
Quo me huc contulero, & Superis pia fudero vota
Hinc ſocios Petrum, & Ianum, legitq́ Iacobum,
Et iam iam penitus gelidus tremor occupat artus
Horreſcitq́, tremitq́ metu, de corpore guttæ
Sanguineæ ſtillant, gelidæq́ ſimillima morti
Redditur hinc facies, vultuſq́ ſimillimus vmbris
Redditur heu ſanctus mortis pallentibus, ora
Albeſcunt, magno penitus cor palpitat æſtu.
Ad lethū hinc ſociјs anima eſt mea triſtis amarū
Protulit, hoc durate loco, & vigilate fideles.
Paſsibus egreſſus raris mox corpore toto
Incumbit terræ, hasq́ preces ad ſidera fundit:
O pater in cælis tua te dulciſsima proles
Flagitat, in tanto tanto modo turbine rerum.
Si tua ſancte pater flecti ſententia tandem
Iure poteſt, tua te rogitat ſuauiſsima proles
Supplicium crudele aufer pænasq́ tremendas
Si fas eſt aliam mitis tu differ in horam

Sic

Sit tamē alme parens potior tua ſancta voluntas
His precibus, tua me præſtet ſententia ſemper.
Hinc iter ad ſocios relegit mœſtiſsimus heros,
Qui penitus toto proflabant pectore ſomnum
Tunc Petro, vigilaſne Simon? non Petre per horā
Lumina tu grauido poteris prohibere ſopore?
O ſocij vigilate mei, vigilateq; fratres,
Ne curis ſubitò forſan turbemini amaris
Spiritus eſt alacer, caro debilitata ſed omnis.
Ibat inops animi ſolus, miſerabilis heros
Conſilij ibat inops: paſsis ad ſidera palmis
Atq; iterum ardenti fundens de pectore voces
Alme refert genitor ſobolis miſerere, graueſq;
Supplicij differ pœnas pater optime differ,
At tua ſit ſemper potior ſententia noſtra.
Diſcipulos adit hinc iterum ſomnoq; grauatos
Inuenit hos, nec enim curis hauſtiq; labore
Luminibus poterant grauidum prohibere ſoporē,
Inſciaq; è tremulo fundebant pectore verba:
Deniq; iam redit, atq; halantes pectore ſomnum
Offendit ſocios dictis quos talibus heros
Alloquitur: ſomnum non hæc hæc poſtulat hora,
Tempus adeſt triſte & venit eluctabile tempus
Quin animis vigilate pijs, ſata virgine proles
Hac modo tradetur miſeris mortalibus, omnes

Surgite, nã properat qui me malè crimine prodet.
Vix ea, cum magna inſtructus ſceleratus Iudas
Militia properat ſummis de montibus, atq;
Carnifices ſecum auſonios Solymæq́; latrones
Ingenti adducit numero, clipeataq́; paſsim
Agmina proradiant iamq; èominus; ille Sariſſam
Hic gladium gerit, aſt haſtam fert ille trabalem
Stupea carnificum manus horrida vincula geſtat
Sic inſtructa acies diri proceſsit Iudæ.
Proditor at ſignum dederat fœdiſsimus illud
Militibus ſubitò cui baſia fixero, duris
Inÿcite hunc vinclis, captum & ſeruate fideles
Nec mora quam primum viſendi copia Chriſtum
Contigit, infidus mentito baſia vultu
Hortator ſcelerum Heroi ſceleratus Iudas
Fixit, & ecce ruit magno ſimul impete facto
Turba nefandorum latronum atq; aulica pubes
Stringit & inſignem duris Heroa catenis.
At Petrus horrendam ſeſe mox armat in iram
Ancipitem & ſubitò vagina liberat enſem
Occupat & fœdo mox vulnere tempora ſerui
Miſſus Idumæis fuerat qui nuper ab oris.
Pontifici ſcelere ante alios immanior omnes
Fulmineum rotat aſt enſem ſimul amputat aurẽ
Petrus, & inmiti vicinos excipit ictu.

Tunc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Tunc Chriſtus, gladijs varijs varijsq́ ſariſsis
Inſtructi velut ad fœdum de gente latronum
Vos furem properaſtis, ego cœleſtia vobis
In ſacris toties teſtatus dogmata fanis
Nec digito, nec me vinclis læſiſtis, at ipſa
Ingruit hæc cœcæ vobis caliginis hora,
Carmina veridico vatum quo fine ferantur.
Atq; illic miſerè ſubitò properantia fœdæ
Terga fugæ dare, cernere erat qui verba profeſsi
Fortia, tunc cunctos præuertit tramite Petrus
Huc illúc trepidatur, & en nemora auia feruent
Curſibus, hic in Spelæis, latet alter in antro,
Roboris an tenuit vos hæc fiducia veſtri:
O ſocij, an ſic Heroem defendier eſt fas.
Tunc quoq; cui nudum cingebant lintea corpus
Fugit & abiecta pedibus quoq; veſte ſalutem
Credidit, & tenebris ſubitò ſe condidit imis.
Chriſtus ad immanem interea deducitur Annam
Qui tunc primus erat Procerum de gente ſacrata
Hic collecta manus Procerum populiq; Senatus
Stabat & Heroi inſultabant vocibus omnes.
At Petrus è tenebris trepidantes tramite greſſus
Verterat huc rurſum, & longè comitatur Ieſum
Atria pontificis ſubijt tum maxima primi
Hic miſer implicuit famulorum corpore turbæ.

Hei nimium ſeſe trepidantem Petrus & igni
Aſtitit, vt prunis arceret frigora membris.
Turba ſacerdotum interea turpiſsima cudunt
Conſilia, & fingit ſceleratos ſæpius aſtus
Falſiloquis tandem Heroem quo teſtibus almum
Deuictum nece mulctarent, mendacia verò
Non benè procedunt verba, & ſententia pugnat
Illorum qui falſiloquas de pectore voces
Fundebant, fœdi ante alios mage crimine teſtes
Adproperant duo, qui cœlum qui ſidera iurant
Dixerat ille prius, ni, tecta ingentia templi
Se deſtructurum, tribus & poſt ſolibus illic
Extructurum aliud factum non arte magiſtra
Nō hominū manibus: ſed adhuc mēdacia pugnāt.
Primus Idumæa ſurgens de gente ſacerdos
Surgit ad Heroem, Procerum aſsiſtente corona.
Tuq; ait, hæc nulla ſcelera impia voce refutas?
Conticuit Chriſtus, preſsitq; ſilentia corde.
Tunc iterum aſſurgens: ſummi per ſidera cœli
Teſtor ait te, num tu cœlo promiſſus ab alto
Aethere ſis toties quem prædixere priores
Venturum vates: contrà cui talia Chriſtus:
Sum quod ais, patris æterni verißima proles,
Nubibus in nitidis id maieſtate tremenda
Aduentantem hominis ſobolē luſtrabitis omnes.

Tunc tunicã abſcindens ſolito de more ſacerdos
Poſcimus inditia an ſtulti magis, ardua? voſmet
Illius in Superos modò iam conuitia dira
Hauſiſtis, quid ait, tanto de crimine tandem
O Proceres, (quibus eſt patrios cura vnica ritus
Seruandi) viſum eſt vobis, tum protinus omnes
Indignum reputant facinus, lethoq; piandum
Et pariter cenſent mulctandum funere Chriſtum
Hinc multi ſcelere immanes, furtisq; notati
Illudunt ſtudijs Heroi ingentibus almo,
Excreat in faciem ſed pars, obnubilat indè
Sidereos pubes oculos ſcelerata, pudicam
Incutiunt multi in faciem & ludibria præſtant,
Dic age percuſsit quis nam te prouide vates?
Talia tota equidem perſtabant nocte miniſtri.
Vltima ſed timidum tenuere palatia Petrum
Quem famula vt prunis candentibus aſsiſtentem
Intuita eſt, miſerum dictis mage territat ipſa
Mollibus haudquaquam, quæ ſic eſt farier orſa
Tu quoq; tu comes es verus de gente ſceleſta?
Hoc famula affirmat, negat hoc Petrus ore viciſſim
Quid comitem fingis? non vos ò ſidera teſtor
Inquit ego hũc vnquã memini me noſcere Chriſtũ
Dixerat, ante fores animo & ſeſe contulit ægro
Criſtatus liquidam & dedit ales gutture vocem.

Hinc ancilla iterum ſtudioſis luſtrat ocellis
Ipſa Petrum, & reliquos affatur voce miniſtros,
En verè hic comes eſt etiam infelicis Ieſu.
It Petrus inficias & herum nomenq́; Magiſtri
Vix ea: turba ſatellitÿ cum fœda laceſſit
Petrum iterum dictis: verè indubitatus Ieſu
Es comes, & Galilæis es prognatus in oris
Nil aliud tua lingua ſonat. tunc ſidera Petrus
Tunc ſuperos cœli teſtatur pectore toto
Non hominem ſe noſſe illum, vidiſſe nec vnquã
Pro quo ſe toties morti deuouerat ante
Perfidus en abiurat herum, negat improbus ore.
Nec mora, cum vocem dedit ales gutture rurſum
Temporis admonitor, tunc demũ verba Magiſtri
Heu nimium triſti Petrus ſub pectore verſat,
Exÿt & ſubitò motus ſtygia agmina liquit.
Vix vbi noctiuagas pulſarat Lucifer vmbras
Primores Procerum, nanq́; inſtigabat Erynnis
Tartarea, & requiem nunquã ſcelerata Megæra
Concedebat ÿs, quo tandem funere acerbo
Abriperent Regem patris cœleſtis alumnum
Conſilia expediunt, ſtudia in contraria turba
Scinditur, at tandem ſcelerati crimine in vno
Conueniunt bell'e nebulones, membra coarctent
Vt miſerè Herois vinclis & funibus almi.

Iamq; Deũ Proceres vinctũ ad prætoria ducunt
Pontius vt miſerè vinctis poſt tergora palmis
Intuitus Chriſtum eſt: Tune es Rex inquit, ad illũ
Qui premit imperio Iſacidas, cui talia, dixti
Nec plura effatus, premit alta ſilentia Chriſtus.
Aggrauat interea ſed crimina fœda ſacerdos,
Magnum equidem facie nebulo pietatis amorem
Mentitur, ſcelerum ſedet alto corde cupido.
Præſes at Auſonius dictis affatur Ieſum
Talibus: an nulla ſcelerata hæc voce refellis
Crimina? conticuit verò cœleſtis alumnus.
Pontius vt nullas vidit ſibi reddere voces
Attonito ſacrum, miratur, pectore vatem.
Pontius at patrio feſtis de more diebus
(Conſuetudo etenim ſic longo aſſueuerat vſu)
Donabat populo quendam quem pœna vocabat
Iuſtum ad ſupplicium cunctæ ſuffragia plebis
Supplicij immunem quem mandauere tremendi
In vinclis Barabas dudum expectabat amaras
Tunc ſcelere ante alios pœnas immanior omnes.
Nanq; vbi ſeditio in populis atq; vrbe coorta
Fors erat, hic animo graſſandi cæde nefanda
Liberiori vrbis turbauit mœnia, & indè
In caput atq; humeros capulotenus abdidit enſem
Pluribus & ferro paſſim obuia corpora ſtrauit.

Iamq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Ianq; Palæſtini ſolito de more rogabant
Præſidem vt è vinclis aliquem dimitteret arctis
Pontius at contrà vulgi aſsiſtente corona
Surgit, & an Barabam vultis, Regemúe Iehudæ
Inquit vt emittam vinclis, pœnasq́; remittam
Namq; probè inuidia Procerum plebisq́; ſenatus
Nouerat iniectum vinclis & carcere ſeptum.
Primores verò populi, Proceresq́; ſacrati
Circumeunt, ſtimulisq́; agitãt malè pectora plebis
Vt Barabam poſcant vinclis pœnisq́; ſolutum.
At latius contrà præſes: quem dicitis eſſe
Iſacidæ regem populi, decernier illi
Quid petitis? crucefige omnes crucefigito clamãt.
Deniq; quod ſcelus admiſit quod deniq; crimen
Præſes ait, cuncti verò magis vſq; reclamant
Tollito, dede neci ſubitò crucefige cruenta
Vidit vt auxilium ſe non præſtare Pilatus
Vlterius poſſe atq; aditus præcludier omnes.
Innocuo pœnas differre & parcere Chriſto
Tandem animi dubius populi concedere votis.
Vtile, quo curis duxit ſe ſolueret ægris,
Et Barabæ ſcelere infami crudele remiſit
Supplicium, aſt Chriſtum loris virgisq́; ſalignis
Multatum, infami iuſsit ſubmergere letho.
Nec mora militiæq́; cohors atq; aulica pubes,

Præſu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Præſulis abripiunt intra prætoria vinctum,
Veſtibus exutum: longa ſtipante caterua,
Purpurea exornant palla, tunicaq́ rubenti,
Sentibus horrendam rigidis, ſpinisq́ coronam
Contextam, capiti imponunt, & arundine dextrã
Pro ſceptris armant, & crebro poplite flexo
Hæc iterant, ſalue rex inclyte Iudæorum:
Hinc caput æthereum palmis & verbere tundunt
Temporaq́ & tereti pulſantur arundine ſancta
Expuit in faciem pars, pars veneratur at illum
Poplite deflexo, & certant illudere capto.
Luſerat vt ſatis Heroi fœdiſsima turba,
Purpureas iterum veſtes oſtroq́ rubentes
Exuit, & proprijs circumdat veſtibus illum
Hinc longis equidem raptatum funibus, atrox
Carnificum traxit dira ad ſupplicia, turba.
Interea in ſenium Simon vrgentibus annis
Patria cui Cyrene, ſed pulcherrima proles
Ruffus, Alexanderq́ fuit tendebat ab agris,
Obuius ingenti turbæ, Chriſtoq́ labanti, (ſtum.
Hũc adigũt, valida vt mox ſubleuet arbore Chri-
Golgatha iã ſubeunt, ſuperant & tramite cliuũ
Autores ſcelerum hic letho commiſſa luebant.
Pocula corrupti Myrrha permiſta Lyæi,
Admorunt labris ſitientibus, ille ſed hauſto

Ore te-

Ore tenus, renuit confeſtim inamabile vinum.
Iamq; vbi nodoſi diſtentus in arbore ligni
Chriſtus erat, tunicas propter veſteſq; relictas
Carnifices fœdi incipiunt mox mittere ſortem.
Tertia lethalis iam fugerat hora diei
Vt rigida ſacras terebrarunt cuſpide plantas.
Mortis erat ſummo crucis aſt in ſtipite cauſa
Condita, Rex Chriſtus terræ populiq; Iehudæ.
Parte duos ab vtraq; ſimul fixere latrones.
Ac veluti ſcelere inſignem longè extulit arbos
In medio Chriſtum, produnt ita carmina vatum
Latrones equidem eſt inter reputatus iniquos.
At multi propè carpebant qui tramite greſſus
Dira venenoſis fundebant ſcommata linguis
Sacra Dei pulchrè vah, vah, quam tecta reuellis
Atq; ſacro pòſt tres hæc erigis omine ſoles
Ipſe tibi fer opem validas tibi ſuffice vires
Et trabe iam rurſum potis es ſi ſcandito ab alta.
Nec minus illudunt Proceres, patreſq; ſacrati
Suſpenſo, in curas labefactum crimine diro
Irritant animum magis & mage vocibus ægrum
Quas alijs vires ſuffecit neſcit eaſdem.
Si Deus effigie eſt ſub tali, verus & alto
Hic ſi Chriſtus adeſt promiſſus ab æthere dudum
Si Rex ſidereus, toto dominator in orbe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Verus hic eſt, celſa deſcendat ab ilice rurſum
Vt ſignis pariter moti credamus apertis
Hic quoq; qui à læua pendebat parte latronum
Stringebat miſer Heroë mala ſcommata fundens
Sexta ſub aerijs ſonitum iam turribus hora
Vt dedit, en toto cœlo intempeſta ruit nox
Eripiturq; oculis lux, & denſiſsima paſsim
Nigrantis caligo, nihil niſi noctis imago
Cernitur, & tactu tenebræ prenduntur vbiq;
Nona ſub aerijs ſonuit cum turribus hora
Ingentem extendit Chriſtus de pectore vocem:
Summe Deus noſtri quo nunc tibi cura receſsit.
Multi autem vt ſummũ clamorẽ hauſere, ferebãt
En vocat Eliam: ſed miles arundine longa
Spongiam acetoſo plænam, tumidamq; liquore
Admouit labris ſitientibus, & ſimul inquit
Nunquid & Elias aderit pœnisq; ſolutum
Eximet, aſt Chriſtus poſtquam libârat acetum
Extendens iterum claram de pectore vocem
Extremamq; animam ponens caput exhalauit.
Protinus en ſacri (viſu mirabile) fani
In partes diſrupta duas velamina, motu
Ingenti fluitant huc illuc: arbore coram
Militiæ præſes ſacra qui ſtabat, vt alto
Expirantem animam vidit clamore ſupremam

Heroa attonitus, tundens ſua pectora palmis
Ille, refert, verè fuit omnipotentis alumnus
Ille aliquis verè fuit & de gente Deorum.
Multæ etiam matresq; piæ mitesq; puellæ
Eminus ingenti luſtrabant cuncta dolore.
Maria Iacobi, & Ioſis mœſtiſſima mater,
Et Salome, & triſtiſſima Maria Magdalena
Et quæ præterea Galilæis nuper ab oris
Venerat excita huc ſtudijs heroa videndi
Turba, omnes miſerè tundebant pectora palmis.
Phœbus ad heſperias feſſus cum vergeret vndas
Magnus Ioſephus veniens Arimathide ab ora
Diues agri, diues pictai veſtis & auri
Quo virtute prior nemo pietate nec alter,
Inq; ſenatorum numero non vltimus vſq;
Solus & ætherei promiſſum patris alumnum
Expectans; acrem poſuit demum ille timorem
Præſidem & Auſonium, Chriſti miſerabile funus
Munere pro magno darier ſibi voce popoſcit.
Pontius at properos obitus miratur, & illi
Scilicet edoctus tandem omnia præſide ab ipſo
Concedi iuſſit, corpus lachrimabile Chriſti
Nec mora, cũ byſſum, precioſa vnguentaq; diues
Emit Ioſephus, tum corpus ab arbore Chriſti
Exangue excipiens, tenui byſſo induit illud,
Marmo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Marmoreo & poſuit pallentia membra ſepulchro
Et ſaxum obuoluit tumulo conatibus ingens,
Maria ſed Ioſis tum Maria Magdalena
Omnia veſtigant oculis tumulumq́; locumq́;
Ne fors huc iterum tendentes deuia fallant.
Sacra celebrarant exactis feſta diebus caput 16
Iſacidæ & fuerat tota mactatus in vrbe
Agnus: vix tenebras aurora fugauerat ortu
Vt paribus fixere ſimul veſtigia curis.
Maria Magdalena, Ioſis genitrix Salomeq́;
Induerent Chriſti beneolenti vt corpus odore
Nam tales pretioſa quidem iam balſama in vſus
Mercatæ fuerant, aſt ingens inter eundum
Mœſtitia exoritur, tumulo quis ſaxa reuoluat?
Ecce vbi iã propius tumulum venere ſub ipſum
Conſpexere vrnam vacuam ſaxumq́; remotum
Ilicet ingreſſæ ſunt & monumenta recluſa
Et nitidum aligera iuuenem de gente, micanti
Indutum videre toga, quem lumine poſtquam
Intuitæ, ſteteruntq́; comæ & vox faucibus hæſit,
Ponite corde metum iuuenis pulcherrimus inquit
Vrbis vos equidem Nazaræ optatis Ieſum
Prendere luminibus, non vlla conditur vrna
Amplius hic, carpit vitalis luminis auras
Victor & exceſſit tumulis, & veſcitur aura

En loca luſtrate, & monumẽta intrinſecus omnes
Veſtigate oculis: ſocÿs quin nuncia mœſtis
Inprimis afferte Petro lætiſsima, ſacrum
Surrexiſſe Ducem. & vitalem carpere lucem
Tramite præcedet Galilæas ipſe per oras
Vos modo veridico velut antea prodidit ore
Illæ autem ſubitò perculſæ pectora dictis
Spemq; metumq; inter dubiæ, properantq; repentè
Neminem & interea venientem voce ſalutant
Nanq; tremor gelidus per cuncta cucurrerat oſſa.
Magnus at è tumulis poſtquam ſurrexerat heros
Quando videbatur diſcuſsis Lucifer vmbris
Obuius hic primum Mariæ ſeſe obtulit heros
Cuius tartareos è corpore Dæmones olim
Expulerat, ſolo verbi ſpiramine ſeptem.
Illa ſed vt dios oculos vultumq; venuſtum
Intuita eſt equidem Phœbææ lampadis inſtar
Læticia exiliens graditur, nuptasq; viroſq;
Mœſticia & luctu ſqualentes, fulcit amicis
Et ſubitò dictis Heroem viuere ſacrum
Victorem, & ſuperas rurſum redÿſſe ſub auras.
Seq; adeò luſtraſſe oculis, digitiſq; ſacratum
Scrutatam corpus: non triſti plena timore
Corda fidem rerum dictis habuere relatis.
Cumq; iter vrgerent Emaus duo paſsibus æquis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Hic itidem ſacris affulſit & artubus illis
Qui quoq; teſtati vitali veſcier aura
Chriſtum, atq; his equidē manifeſtū corpore ſeſe
Exhibuiſſe, fidem reliqui haud habuere relatis.
Deniq; vt vndeni menſis dapibusq; miniſtri
Accubuere, Deus præſenti corpore verus
Improuiſus adeſt, verbis caſtigat acerbis
Pectora quæ ſubitò ſociorum incredula, nunquā
Crediderint quod ijs quibus affulſiſſet, & inquit:
Ite per extremas vos ò mea viſcera gentes,
Omnibus & populis lætiſſima nuncia ferte.
Quiſquis enim ſacris fuerit luſtratus in vndis,
Et penitus verè conſtanti pectore Diuis
Crediderit, felix atq; omni parte beatus
Hic erit, infelix atq; omni parte gemendus
Econtrà, Superis qui non confidet Olympi.
At mea conſtanti qui pectore iuſſa ſequuntur,
Plurima ſidereis edent miracula ſignis,
Dæmones, & ſtygias pellent hi voce Chymæras,
Et noua mirandis referent idiomata verbis,
Vndiq; peſtiferos arcebunt voce dracones,
Lurida ſiq; bibant triſtes aconita liquores
Haud illis oberit quicquam, qui membra grabatò
Aegra fouent, illis reddent in priſtina rurſum.
Dicta vbi finierat ſua ter ſanctiſſimus heros

Eleuat

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Eleuat en nubes cunctis præſentibus illum,
Inq; domos ſuperas felicis ſcandit olympi
Ac parili cum patre Deo dominatur vbiq;
Imperio, & dextræ ſummi patris aſsidet ille.
Sacra per extremas lætiſsima nuncia gentes
Diſcipuli ſparſere, Deus ſed dogmata ſignis
Mirandis, populis non omnibus irrita fecit.

SOLI DEO GLORIA.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

ERRATA.

LIB I.

B fol. 1. V. f. l. 7. e pro i
B f. 2. l. 5. D redundat.
B f. 4. u. f. l. 16. t pro c.
B f. 5. u. f. l. 3. t pro i.
D. f. 1. u. f. l. 5. a pro u.
D. f. 4. l. 21. Chriſto p. caſus
D. f. 7. l. 25. i pro æ.
E. f. 8 u. f. l. 1. haud pro hãc
F. f. 3. u. f. l. 7. n. pro s
G. f. 1. l 18. a pro o.
G. f. 2. l. 20. re, omiſ:
G. f. 8. u. f. l. 7. u pro i.
H. f. 2. l. 23. u. omiſ:
H. f. 3. u. f. l. 22. o pro u.
H. f. 6. l. 20. s pro m.
I. fol. 4. l 8. hic, redundat.
I. f. 4. u f. l. 9. o pro a.
I. f. 5 r. f. l. 22. a pro o.
I. f. 8. l. 23. s pro t.
K. f. 1. l. 20. t. redun.
K. f. 4. l. 11. u pro i.
K. f. 4. l. 13. s pro t.
L. f. 5. l. 25. e pro i.
M. f. 3. l. 3. in pro ut
M. f. 4. u. f. lin. 4. a pro o.
M. f. 7. l. 13. c pro t.
M. f. 7. u. f. l. 1. e pro u.
N. f. 1. u. f. l. 14. a pro o.
N. F. 2. lin. 1. e pro a.

LIB. II.

B f. 1. l. 21. o pro æ
B f. 3. l. 10. ut omiß.
B f. 4. l. 6. enim pro etenim.
B. f. 4. l. 8. e pro i.
B f. 5. l. 17. a pro e.
P f. 7. l. 20. o pro is.
B f. 8. l. 16. i pro us.
B f. 8. u. f. l. 3. o pro a.
B f. 8. u. f. l. 20. m omiß.
B. f. 8. u. f. l. 24. at omiß.
C f. 3. l. 18. pro bat, uit.
C f. 3. l. 20. s pro r.
C f. 6. u. f. l. 9. e pro i, l. red.
C f. 7. u. f. l. 17. e pro a.
D f. 1. l. 11. a pro e.
D f. 4. l. 16. uatis pro gnatis
D f. 5. u. f. l. 8. t omiß:
D f. 6. l. 21. hebes pro cœcus
E f. 6. l. 20. q́; omiß.
E f. 7. l. 25. forũq; p. focosq́;
E f. 8. l. 11. m pro s.
F f. 4. u. f. l. 16. ut pro a.
F f. 8. u. f. l. 10. t pro i.
G f. 1. l. 16. ò pro è.
G f. 3. f. u. l. 6. o red.
G. f. 5. l. 24. ſe red.
G. f. 7. l. 17. e omiß:
H. f. 2. l. 8. æ pro i.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 21 [4,-173 8°]